5.8.195

Digitized by Google

Digitized by Google

HECATÆI ABDERITÆ
PHILOSOPHI ET HISTORICI
BIS MILLE ABHINC ANNIS LONGE CELEBERRIMI

ECLOGÆ
SIVE
FRAGMENTA
INTEGRI OLIM LIBRI,
DE HISTORIA
ET ANTIQVITATIBVS SACRIS
VETERVM EBRÆORVM,
GRÆCE ET LATINE,
CVM NOTIS
JOSEPHI SCALIGERI
ET COMMENTARIO PERPETVO
PETRI ZORNII,
HAMBVRGENS.

Præter Prolegomena, Figuras æneas, & inſigne quoddam *ἀποσπασμάτιον* HECATÆI MILESII, quod haud diſſimilis argumenti eſt, ſubjunguntur indices difficiliorum S. Scripturæ locorum, & rerum.

ALTONA,
SVMPTIBVS JONÆ KORTE.
M D CC XXX.

Digitized by Google



C. Schumacher pinx. *Petrus Zornius* C. Fritzsch ſculpſ.

in Illuſtri Gymnaſio Carolino Hiſtoriæ Sacr Eloquentiæ et Græcæ Linguæ Profeſſor. Regiu



PROLEGOMENA
AD LECTOREM.

§. I.

TEſtatæ adeo *ſpectatæque fidei* ſcriptor eſt HECATÆUS ABDERITA, ut ſive *divina veritas librorum Moſis* aſſerenda, *ſive antiquitates ſacræ veterum Ebræorum* enucleandæ ſint & cum *Chronologia Hiſtoriaque* conjungendæ, ad illum Scriptorem noſtrum doctiſſimi quique viri nunquam non provocare ſuſtineant. Indicio ſunt & documento JACOBUS BASNAGIUS, EDUARDUS BERNARDUS, JOANNES BIERMANNUS, SAMUEL BOCHARTUS, JOANNES BRODÆUS, AUGUSTINUS CALMETUS, JOANNES CLERICUS, SALOMON DEYLINGIUS, HUGO GROTIUS, JACOBUS HASÆUS, HUMFREDUS HODY, P. D. HUETIUS; ISAACUS JAQUELOTUS, HUMFREDUS PRIDEAUX, ADRIANUS RELANDUS, JACOBUS SAURINUS, JOSEPH. SCALIGER, EZECHIEL SPANHE-

HEMIUS, GUILIELMUS & JOANNE SPENCERI, CAMPEGIUS VITRINGA, JACOBUS USSERIUS, JOANNES van der WÆYEN (in Variis Sacris p.439.) HERMANNUS WITSIUS, & CAROL. WOLZELEY, qui HECATÆI noſtri *fide* atque *auctoritate*, pro eo ac decet, nituntur. Neque enim in omni antiquitate extant *inſigniores Eclogæ*, unde vel *Hiſtoriam gentis Hebrææ*; vel ejusdem *ſacras Antiquitates* eruere, magisque confirmare liceat. Quanquam vero aliorum *Scriptorum Paganorum fides*, quoties *res veterum Ebræorum* deſcribunt, *dubia* ſit plerumque * & ſuſpecta; noſter tamen HECATÆUS *fidem* ſuam in *rebus Veterum*

terum

---

* Conferenda erit JO. JAC. SYRBII diſſertatio de auctoritate Scripturæ Sacræ inter gentiles, ut nunc taceam de SIMONIS BORNMEISTERI diſſertatione inaugurali de erroribus Hiſtoricorum gentilium in rebus ſacris recenſendis, CHRISTIANI WORMII libris de corruptis Antiquitatum Ebraicarum apud TACITUM & MARTIALEM veſtigiis, de CHRIST. KORTHOLTI Obtrectatore Pagano lib. I. c. 3. p. 58. quos Scriptores allato meo ipſius judicio recenſui, olim Chilonii A. C. MDCCXI. in dem Grundriſſe eines völligen und ausführlichen Werckes von dem erſten Chriſtenthum, ſowohl in reiner Lehre als heiligen Leben, aus den Feinden Chriſtlichen Nahmens, den Heyden, zur Bekräftigung des Chriſtlichen Glaubens und Uberzeugung der ſpöttiſchen Atheiſten, entworffen.

terum Hebræorum deſcribendis nullo non tempore omnibus bonis probavit, ut teſtem decet omni exceptione majorem.

§. II. Quæ cum ita ſint, optandum utique eſſet, ut HECATÆI noſtri *Hiſtoria Aegyptiaca*, quam DIODORO SICULO præeunte JOAN. MARSHAMUS in Canone Chronico ſec. XV. p. 427. tantopere laudat, exſtaret (nullus enim dubito, quin Fragmenta, quæ nunc edimus, multum inde lucis accipere potuisſent) optandum etiam, ut HECATÆI noſtri *librum integrum de Judæis*, manibus noſtris verſare atque evolvere liceret, ſed quod nunc dolenter dicimus, *ex libello illo aureolo* tantum *fragmenta* exſtant a JOSEPHO atque EUSEBIO *bona fide magnoque cum judicio excerpta.* * Ecquis enim ſanæ

)(3 men-

* JOSEPHI libros contra *Apionem*, in quibus exſtant hæc HECATÆI noſtri Fragmenta, HUGO GROTIUS in libris de veritate religionis Chriſtianæ ſemel iterumque appellat eruditiſſimos, *bonorificum* etiam de iisdem JOSEPHI libris exſtat *judicium* JOANNIS TILLOTSONI in homilia ſingulari in Jobi XXVIII, 28. in qua Atheorum λεπτολογήματα & nugas convellit: ſed RICH. SIMONIUS ſuſpendens omnia naſo, cum JOSEPHO tum EUSEBIO dicam ſcribit dans l'Hiſtoire Critique du Vieux Teſtament lib. II. c. 2. p. 211. en ejus verba: *il eſt bon de remarquer que non ſeulement*

mentis homo credet, JOSEPHUM, cujus adhuc ætate facile erat librum ipſum HECATÆI adire, vel obtuſi adeo pectoris, vel perfrictæ frontis virum fuiſſe, ut HECATÆUM quendam falſo creditum, *Helleniſtam Judæum* puta, ſubornaret, in ſui dicam an gentis ſuæ, hoc eſt veterum Ebræorum, ludibrium, apud Romanos præſertim aut Græcos, quorum etiam pueri, ut ait ille, *naſum rhinocerotis habebant*, ſimul atque fraudes ſuboluerant æruſcatorum. Neque vero aliquis dicat HECATÆUM ABDERITAM per tranſennam tan-

Joſeph, *mais auſſi* Euſebe *&* *quelques autres Peres ont cité ſouvent des Autheurs qui eſtoient favorables a leur cauſe ſans examiner en particulier la verité de ces Livres, ainſi qu'il eſt arrivé des Ouvrages qu'on attribue aux Sibylles, que tout le monde ſçait avoir eſté ſuppoſez. C'eſt pourquoy nous ne devons pas croire ſi facilement à la ſimple authorité des anciens Peres, lorſqu' il s'agit de faits qui regardent ſeulement la Critique.* Quorſum tendat SIMONIUS, quilibet in *calce Commentarii* videre atque intelligere poterit, nec petulantia iſta judicii commovebitur quiſquam, niſi qui putat ſibi quaſi portiſculum publice eſſe datum ad SIMONII os cohibendum & laxandum: interim M. G. VOCKERODT in exercitatione Academia de notitia divinarum Scripturarum apud Gentiles cap. IV. §. 1. p. 58. JOSEPHI libros contra *Apionem* itidem commendat, ibidemque HECATÆUM ABDERITAM recte tanquam *teſtem rerum Judaicarum* adduci obſervat.

tantum JOSEPHO fuiſſe cognitum: cum enim JOSEPHUS ſcriptorem HECATÆUM *Philoſophum* quoque appellat, egregiam certe ſcriptorum ſive librorum HECATÆI notitiam habuit, perſuaſus HECATÆUM *Hiſtoricum & Philoſophum* unum eundemque eſſe hominem. Utinam JOSEPHI de HECATÆO teſtimonium legiſſent JO. JONSIUS lib. I. de ſcriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ c. 19. §. 3. & ÆGIDIUS MENAGIUS in notis ad LAERTII Pyrrhonem, JOSEPHI conſenſum quantivis pretii facturi laudaſſent. Sed hæc hactenus, cum *in limine Commentarii noſtri* multa occurrant, quæ huc pertinere nemo non fatebitur. Quod vero ad hanc ipſam *noſtram Fragmentorum* HECATÆI ABDERITÆ *editionem* attinet, *textum Græcum variis lectionibus*, atque *interpretatione Latina* ex elegantisſima JOSEPHI editione, quam doctisſimus SIGEBERTUS HAVERCAMPIUS adornandam curavit, transtulimus, adjecimusque JOSEPHI SCALIGERI *notas*, quas in laudata JOSEPHI editione plane omiſſas eſſe miramur. *Dictæ* autem SCALIGERI *notæ* in inſigne quoddam HECATÆI noſtri fragmentum (ne-

quo

que enim omnia ejusdem Scriptoris fragmenta colligere in animum induxerat SCALIGER) ſuo loco, ſuoque ordine in *Commentario noſtro* occurrunt, ita quidem, ut eruditus lector illas SCALIGERI notas a noſtris obſervationibus facili poſſit diſtinguere negotio. Denique in *Commentario* noſtro id operam dedimus, ut *Theologiæ cultores* præter uberem rerum ſcitu dignisſimarum copiam, *uſum & præſtantiam inprimis Antiquitatum Hebraicarum* in *ſacris literis utriusque Codicis* interpretandis explanandisque perciperent. Quid multa? vere perſuaſi ſumus, fieri nullo modo poſſe, quin *ſacrarum literarum interpretes*, quotquot illarum *antiquitatum ignari* ſunt, tanquam in illuni nocte ſine lumine errantes ſæpe impingant, ſæpe labantur, ſæpe quovis potius, quam quo inſtituerunt, perveniant. Gravia, fatemur hæc verba ſunt illis, qui ab *interpretum ejus notæ fide* & *ingenio* toti coguntur pendere, quique non poſſunt ſapere, niſi quod olim de haruſpicibus dicebatur, ex alieno jecore, ſed ſine rivali ſe ſuosque interpretes ſoli ament. O ſeri ſtudiorum! Non poſſumus non hic inſerere verba Celeberrimi JO. FRANC. BUDDEI in

præfatione, quam ADRIANI RELANDI Antiquitatibus Sacris veterum Hebræorum delineatis præmiſit: *Qui divinæ ſapientiæ, quæ Theologiæ nomine hodie venit, rite operari cupiunt, hoc merito ſibi datum credunt, ut in ſacrarum literarum perſcrutatione diligentiam ſuam ſtudiumque præcipue collocent. Id vero ut commode fieri queat, præter alia, mores, inſtituta, ritus gentis Hebrææ cognitos quodammodo atque perſpectos habere oportet. Fieri enim vix aliter poteſt, quam ut qui de rebus ſui ſeculi ſcribunt, ad mores, conſuetudines, opiniones eo tempore receptas nunquam fere non reſpiciant. Quorum omnium cum apud homines poſt aliquot ſecula viventes, ne dicam, ab aliis majoribus prognatos, aliisque longe moribus imbutos, vix umbra, aut veſtigium ſuperſit, non poſſunt non obſcura admodum videri, quæ hominibus ea ætate, qua ſcripta iſta literarum monumentis conſignabantur, evidentiſſima erant, apertiſſimaque. Atque id cum veterum Scriptorum omnium, ſive Græci ſint, ſive Latini, quos multorum ſeculorum intervallum a noſtra ætate removet, tum maxime ſacrorum, qui unicam ad ſalutem viam nobis monſtrant, exemplo comprobari poteſt. Hi namque de rebus aut a Judæis,*

a bbs *aut*

aut inter Judæos ante mille & ſeptingentos annos, geſtis loquuntur, & ita loquuntur, ut ſi neſciamus, quis gentis hujus eo tempore fuerit ſtatus, quæ dogmata, quæ opiniones, quæ ſtudia, quæ conſuetudines, vix accurate, quod dicitur, aſſequi valeamus. Idque vel novi Teſtamenti libri, ſpeciatim, qui vitam resque geſtas Servatoris noſtri exhibent, teſtantur, nequid nunc de veteri Teſtamento dicam. Qua in re providam Sanctiſſimi numinis curam devoto pectore venerari liceat, quod varia gentis Hebrææ monumenta exſtare voluerit, ex quibus ea condiſcere licet, quæ ſacris ſcriptoribus in his omnibus lucem egregiam affundunt. Nec defuerunt ſibi aut aliis viri eruditione & ingenio præſtantes, ſed luculentis potius commentationibus demonſtrarunt, quantum lucis in librorum novi quoque fœderis explicatione, Hebrææ gentis antiquitates adferant. Hæc verba *Civis ſui celeberrimi* audiant *Juvenes noſtri in Pomerania*, nec audiant ſolum, ſed & in animos demittant, niſi forte mens ipſis læva fuerit, anguium more cum excantantur, ægre moliri greſſum & nauſeabundi GYMNASII CAROLINI exedras ſubire malint quam ad *ſanctiſſima ſacrarum literarum adyta & penetralia*

addu

adduci: ſed meliora ominamur, cum Juvenes perpauci licet, inter tantam ſeculi noſtri ſcabiem & contagia lucri *nil parvum ſapiant & adhuc ſublimia curent.* Præterea eo *Commentarius noſter* pertinet, ut cum viri docti jam pridem *ſtudii Prophetici neceſſitatem* * *uſum*que in Eccleſiis Chriſtianis commendaverint, *Hiſtoriæ Sacræ* & *Profanæ in vaticiniis eſſet mira conſenſio* ** Quod-

* TACO HAJO van den HONERT diſſertationem edidit de Theologiæ Propheticæ neceſſitate ejusque perpetuo in Eccleſia uſu, CORNELIUS HASÆUS Orationem inauguralem de ſumma his quidem temporibus neceſſitate ſtudii prophetici, HENR. MUHLIUS paræneſin de ſtudio prophetico noſtro nunc tempore maxime amplectendo excolendoque adjectam ἀποδείξει ſcripturariæ.

** Scriptores qui huc inprimis ſpectant, multi ſunt & varii. Mittimus in præſenti AUGUSTINI TORNIELLI & JACOBI SALIANI Veteris Teſtamenti annales ſacros & ex profanis præcipuos, CHRISTIANI SCHOTANI Hiſtoriam Sacram V. T. ſeu exercitationes Hiſtoricas in S. Scripturam & JOSEPHUM (quorum Scriptorum notitiam tradunt JO. FRANC. BUDDEUS in IſagogeHiſtorico-Theologica adTheologiam Univerſam, ſingulasque ejus partes p. 872. & THOM. ITTIGIUS in diſſertatione, quam Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ primi a Chriſto nato ſeculi ſelectis Capitibus delineatis præmiſit §. 77. ſeq.) ſilentio etiam præterimus JO. FRANC. BUDDEUM in Hiſtoria Eccleſiaſtica Vet. T. ab orbe condito uſque ad Chriſtum natum, variis obſer-

Quod ipſum intellexit, & palam quoque profeſſus eſt communis ille Germaniæ Præceptor

vationibus illuſtrata, FRID. SPANHEMIUM in hiſtoria Eccleſiaſtica a condito Adamo ad ævum Chriſtianum, cui inſeruntur ſynchroniſmi inſigniores hiſtoriæ exoticæ, RENATUM JOSEPHUM TOURNEMINIUM in variis diſſertationibus, quæ exſtant in ejusdem ſupplemento commentariorum JO. STEPHANI MENOCHII, aliosque, tranſimus ad alios ſcriptores, qui nunc una ſerie ſequuntur. Atque hi ſunt GEORGIUS ABELIUS in Hiſtoria Monarchiarum Orbis Antiqui, NICOLAUS ABRAMIUS in Pharo Vet. Teſtamenti, PETRUS ALLIXIUS in den Vernünftigen Betrachtungen über die Hiſtoriſchen und Prophetiſchen Bücher des alten Teſt. P. II. lib. I. c. 2. FRANCISCUS BLANCHINUS in Hiſtoria veteri ex monumentis antiquis illuſtrata, JAC. BENIGNUS BOSSUETUS dans le diſcours ſur l'Hiſtoire Univerſelle pour expliquer la ſuite de la religion & les changemens des Empires, HUGO BRUGTHONUS in Commentario in Danielem, AUG. CALMETUS in diſſertatione cui titulus: Precis de l'Hiſtoire prophane d'Orient depuis Salomon, juſqu' aprés la captivité de Babylone pour ſervir d' éclairciſſement à l'Hiſtoire des Hébreux marquée dans les prophétes, & in alia diſſertatione de populis Judææ finitimis eorumque Hiſtoria, JACOBUS CALVERTUS in libro, cui titulum fecit Naphthali, JACOBUS CAPELLUS in Hiſtor. Sacra & Exot. CHRISTOPH. CELLARIUS in diſſertatione de principio regnorum & Hiſtoriarum contra CTESIAM CNIDIUM, HERM. CONRINGIUS in libro de Aſiæ & Ægypti antiquiſſimis Dynaſtiis communem omnium Chronologorum ſententiam a CTESIA profectam primus labefactavit, RICHARDUS CUMBERLANDUS in opere Anglico, cui titulus: Sanchoniathos Phœnician Hiſtory transla-

ceptor PHILIPPUS MELANCHTHON. *Ut ſeries*, inquit, præfat. in *Xenoph*, Tom. II. decla-

ted from the Firſt Boock of Euſebius de præparat. Evang. with a continuation of Sanchoniathos Hiſtory by Eratoſthenes Cyrenæus 's Canon which Dicæarchus connects with the firſt Olympiad. Theſe Authors are illuſtrated with many Hiſtorical and Chronological Remarks, proving them to Contain a ſeries of Phœnician & Ægyptian Chronology from the firſt Olympiad, agreable to the ſcripture account by R. C. Idem CUMBERLANDUS in diſſertationibus, quas vocat Origines antiquisſimas a PAYNIO edendas, uti ſpes facta eſt, ANDREAS FRANCKENBERGERUS in libro de amplitudine & excellentia Hiſtoriæ Propheticæ, & in inſtitutione antiquitatis & Hiſtoriarum, JO. BAPT. GRAMÆUS in Hiſtoria Univerſali Aſiaticarum gentium, HUGO GROTIUS lib. I. de verit. relig. Chriſt. §. 18. & lib. III. §. 16. P. D. HUETIUS paſſim in demonſtratione Evangelica, WILLIAM JAMESSON ſive Guil. JACOBIDES in ſpicilegiis Ægypti & aliarum gentium adhuc ἀνεκδότοις uti credo, JAC. CHRIST. ISELIUS in diſſertatione de Tyro & Prophetarum de ea vaticiniis, JO. MARSHAMUS in Canone Chronico Ægyptiaco, Hebraico, Græco G. OUTHOVIUS in brevi delineatione Monarchiæ primæ ſeu Aſſyriacæ ad rectam intelligentiam variorum locorum S. Codicis aliorumque profanorum Hiſtoricorum, quæ exſtat in Bibl. Brem. claſſ. V. faſcic. I. JAC. PERIZONIUS in Originibus Babylonicis & Ægyptiacis, DIONYS. PETAVIUS in doctrina temporum, PAULUS PEZRONUS dans l' Antiquité des Tems rétablie & defenduë contre les Juifs & les Nouveaux Chronologiſtes, HUMFREDUS PRIDEAUX dans l' Hiſtoire des Juifs & des peuples voiſines depuis la décadence des Royaumes d' Iſraël & de Juda juſqu' à la mort de Jeſus-Chriſt,

declamat. p. 275. *imperiorum teneantur, non ſolum opus eſt ſacris hiſtoriis, ſed etiam aliarum gentium monimentis. Qua in re ſæpius cogito divinitus accidiſſe, ut reliqui ſcriptores Græci luculenti, qui prorſus ab eo articulo hiſtoriam inchoant, in quo prophetica deſinunt, quaſi teſtimonium de vetuſtioribus dicant.* Et paulo poſt ita pergit: *prodeſt autem ad intelligendos ſacros libros, & propagationem veræ religionis conſiderandam noſſe imperiorum ſeriem.* Hæc ex MELANCHTHONE excerpſit JO. GOTHOFRED. LAKEMACHERUS in Orat. inaugur. de utilitate, quam e ſcriptoribus Græcis profanis capere poteſt V. T.

JOSEPHUS SCALIGER in notis ad veterum Græcorum fragmenta ſelecta, quibus loci aliquot obſcuriſſimi Chronologiæ Sacræ & Bibliorum illuſtrantur, CONR. SAM. SCHURZFLEISCHIUS in Primordiis Aſſyrio-Chaldæorum, in Medo-Perſarum Initiis, de Nino urbe, CAMP. VITRINGA in notitia Babylonis, Ægypti, aliarumque gentium, quam Commentario in Eſaiam inſeruit, JO. VORSTIUS in variis diſſertationibus, JAC. USSERIUS in Annalibus Vet. Teſtamenti, E. WELLS in Commentario in Danielem, cui titulus: A Help for the more eaſy unterſtanding the Book of Daniel, CAROLUS WOLZELEY in der warhafftigen Glaubwürdigkeit Heiliger Schrift, qui ut fidem faciat, tandem P. II. c. 5. p. 463. addit: ALEXANDER POLYHISTOR *und* HECATÆUS *haben beyde von der durch Cyrum geſchehenen Wiederaufbauung des Tempels zu Jeruſalem geſchrieben.*

V. T. interpres. Denique ex illa conſenſione redargui poſſunt malæ notæ homines, qui *divinos Vates ſola atra bile percitos oracula ceciniſſe* tradunt * cum hoc modo uti dictum appareat hiſtoriam non minus temporum, quam ipſius prophetiæ, quam impleri videmus, lumen eſſe.** Ac ne forte hæc temere dixiſſe videamur, uno alteroque exemplo fidem faciet HUMFREDUS PRIDEAUX in præfatione, quam Hiſtoriæ Judæorum & vicinarum gentium præmiſit; en ejusdem verba: *Pour donner à* cette Hiſtoire des Juifs *un certain degrê de clarté qui la rendît plus utile, je me ſuis trouvé obligé d' y fai-*

* *Hoſce* autem *deriſores* dignis modis excipiunt pro eo ac fas erat HERM. WITSIUS Tom. I. Miſcellan. Sacror. lib. I. c. 9. §. 8. 9. ſeq. GODOFR. OLEARIUS in diſſertatione, qua uſum doctrinæ de temperamentis Apoſtolorum in theologia exhibet §. 14. ſeq. & JO. FRANCISCUS BUDDEUS in diſſertatione an homines polleant naturali vaticinandi facultate. Confer ſi placet Tomum I. Opuſculorum noſtrorum ſacror. p. 121. & BASNAGIUM dans l' Hiſtoire des Juifs lib. V. cap. 1.

** Diximus hanc in rem, quæ eo pertinent in præfatione diſſertationis noſtræ, quæ complectitur Hiſtoriam & Antiquitates Urbis quondam in Ægypto celeberrimæ נא אמון ſive המון נא id eſt Thebarum ſive Διοσπόλεως ad illuſtrationem Jerem. XLVI. 25. Ezech. XXX. 15. & Nah. III. 8. 9. 10.

y faire entrer celle des Orientaux leurs Voiſins; *parce qu'elles ont* une liaiſon ſi néceſſaire, *qu'il eſt impoſſible de bien entendre l'une ſans ſavoir l'autre. Il a fallu auſſi entrer un peu dans* celle de la Gréce, *dès qu'elle s'eſt trouvée* mêlée *dans les affaires de* Perſe, & Syrie & d'Egypte. *Sans cela je n'aurois jamais pu donner à mon Lecteur une vuë ſi diſtincte de l'*Accompliſſement des Propheties *du* Vieux Teſtament, *que celle que je lui préſente dans cette Hiſtoire. Comment donner une idée juſte par exemple, de l'*accompliſſement de la Prophetie, *qui avoit prédit que* Xerxes *ſouleveroit tout le monde contre le* Royaume de Gréce (Daniel. XI.2.) *ſans entrer un peu dans le détail de la Guerre que ce Prince y porta? Comment faire comprendre la juſteſſe des images ſous leſquelles* Alexandre, *la Rapidité de ſes Conquêtes, & la deſtruction de l'Empire des Perſes, nous ſont repreſentées dans* ces Propheties (Dan. VII. 6. VIII. 5. 6. 21. X. 20. XI. 3. 4.) *ſans mettre devant les yeux du Lecteur la ſuite des Guerres où tout cela s'eſt executé? Comment faire voir d'une maniere convainquante la verité de celles, qui regardoient* les Succeſſeurs d'Alexandre *dans le même* Prophete (Dan. VIII. 8. & XI. 4.) *ſans donner une Relation*

tion

tion bien circonſtantiée des Mouvemens & des Guerres qui produiſirent enfin le Partage de cet Empire entre Quatre des Principaux Généraux *de ce Conquerant? Ces exemples ſuffiſent pour autoriſer ma conduite à cet égard.* Tanto autem *præſtantior* eſt *hiſtoriæ ſacræ* & *profanæ in vaticiniis interpretandis collatio*, quo frequentius multi non aperto quidem Marte, quod Athei & deriſores iſti, quos diximus, faciunt, ſed per inſidias *fidem vaticiniorum labefactare* atque *elevare* conantur. Quando Deus Ezech. XXVI. 14. minatur hunc in modum Tyro: *te in ſiccum ſaxum redigam, ut ſis expandendis ſagenis, non deinceps inſtauranda*, collatis commat. 20. 21. quando porro idem Deus Eſaiæ XIII. 20. de Babylone memoriæ hæc prodit: *nunquam habitabitur, nullo incoletur ævo*, & Jer. LI. 37. *erit incolarum expers* & 62. *erit ita exciſa, ut in illa nec homo nec pecus degat, quippe quæ futura ſit æterna vaſtitas*, ſtatim ad *hyperbolicas dictiones* confugiunt perſuaſi plus dici a ſanctis vatibus, quam veritas Hiſtoriæ patiatur. Vide JAC. PERIZONIUM in Orig. Babyl. p. 365. Sed quid opus eſt iſtis ambagibus? Obſervat ABARBENEL in libro, cui titulum fecit משמיע ישועה morem hunc

eſſe Prophetarum, ut in vaticiniis ſuis ad propinquum & remotum tempus reſpiciant, atque adeo vaticinia ad ſecula longe remota ſpectantia inter alia vaticinia quæ proxima tangunt, inveniri. Et hoc quidem eo magis in argumento, in quo verſamur, fieri potuiſſe conſtat, quia Deus urbibus & regnis *exitium* minatur *diverſis temporibus per gradus quaſi conſummandum.* Vide RELANDUM in Palæſtina p. 1051. & quæ de *Babylonis excidio* contra SCALIGERUM in *Commentario noſtro* leguntur.

§. III. *Figuras æneas* adponendas curavi, quia his mire & ad antiquitatis ſtudium & ad hiſtorias cognoſcendas incitari adoleſcentes ſæpius cognoram, & facilius quæ legerant & audierant, memoriæ infigi.

§. IV. Tranſeamus neceſſe eſt ad *inſigne fragmentum* HECATAEI MILESII, quod in calce *Commentarii noſtri* legitur, quippe ejusdem fere argumenti, in quo tractando HECATAEUS ABDERITA majori tamen cum laude & fide verſatur. Hocce autem fragmentum *vero & genuino ſuo auctori* HECATAEO MILESIO jure meritoque adſcribo, quia doctiſſimi viri HERM. CONRINGIUS, SALOMON DEYLINGIUS,

IS.

IS. JAQUELOTUS, JAC. TRIGLANDUS & JAC. USSERIUS perperam ſubinde nominant DIODORUM SICULUM tanquam fragmenti auctorem, cum tamen PHOTIUS exſertis verbis obſervet a DIODORO tantum excepta quædam ex HECATAEO MILESIO depromi. *Quænam* hujus HECATAEI MILESII *ætas* ſit, ex ipſo ſcriptore colliges, cum dicit Judaeorum patriis inſtitutis multa deceſſiſſe Monarchia quarta Perſarum & deinde Macedonum. Igitur MILESIUS fuit ætate ſuppar ABDERITÆ HAECATAEO, diverſus utique ab HECATAEO illo MILESIO qui tempore Darii Hiſtaſpidæ primus Hiſtoriam πεζῶς ἐξήνεγκε *ſoluta oratione ſcripſit* HERODOTO λογοποιος *Hiſtoricus* vocatus. Hæc de ætate HECATAEI noſtri MILESII: Et vero id ipſum fragmentum ſe totum ad utilitates noſtras porrigit, explicatque, ſive *nudam veritatem*, ſive *mendaciorum* & *ſimulationum involucra* perſpicere velimus. Quod ad *veritatis expreſſa in hoc fragmento veſtigia* attinet, obſervamus I. contra MARSHAMUM & SPENCERUM * ab HECATAEO

* Præter TRIGLANDIUM, DEYLINGIUM & WITSIUM hypotheſes atque errores SPENCERI confuta-

MILESIO *veram originem & cauſas rituum Moſaicorum tradi.* STRABO quidem lib. XVI.

runt NATALIS ALEXANDER in Hiſtor. Eccleſ. Vet. Teſt. æt. mundi IV, diſſert. 3. p. 404. CLAUDIUS FRASSENIUS diſquiſit. Biblicar. lib. I. c. 4. LUDOV. FERRANDUS P. I. Obſervationum de religione Chriſtiana Gallice editarum; JO. MEYERUS, in libro de origine & cauſis feſtorum, quos olim Judæi in terra Canaan, hodieque in exſilio agitare conſueverunt, JO. van der WÆYEN in duabus diſſertationib. de Hirco Azazel, quarum altera JO. SPENCERI de hirco iſto ſententiam ad examen vocat, MELCHIOR LEYDECKERUS in libris de Republica Ebræorum, H. G. SNABELIUS in Oratione de Origine & Præſtantia Theologiæ Hieroglyphicæ & Typicæ, J. H. MAIUS in diſſertatione de luſtrationib. veter. Hebræorum aliisque, quæ inter diſſertationes ejus Theologicas junctim in 4. editas apparent, JO. d'OUTREIN in variis diſſertationibus de Paſchate, vacca rufa, ſolennis expiationis feſto &c. commentario ejusdem in Epiſt. ad Hebr. ſubjectis, JO. BENED. CARPZOVIUS in animadverſionib. ad Schickardi Jus Regium p. 30. & in diſſertatione de Vacca Rufa, JO. FRANC. BUDDEUS in Hiſt. Eccleſ. Vet. Teſt. Tom. I. per. I. ſect. 3. ad §. 22. p. 417 item per. II. ſect. X. ad §. 31. p. 667. ut nunc alios ſcriptores taceam, quos longo agmine producit Celeberrimus CHRISTOPH. MATTHAEUS PFAFFIUS in introductione in hiſtoriam theol. litterar. notis ampliſſimis illuſtrata P. I. lib. I. ad §. 5. p. 98. ſeq. Modeſtum eſt JO. CLERICI judicium de SPENCERO, quod ut verum ex ejusdem Tom. XII. Biblioth. anc. & mod. excerpit, ſuoque calculo probat JO. GOTHOFR. LAKEMACHERUS in Orat. inaugur. de utilitate quam e ſcriptoribus Græcis profanis capere poteſt V. T. interpres p. 363. in calce P. III. Obſervation. Philologicar. Nec vero primus eſt SPENCE-

XVI. nobis prodidit, quod Moſes in Aegypto *præſentis ſtatus* non æmulus, *ſed pertæſus, affirmans & docens Aegyptios non recte ſentire, Deumque ſine aliqua figura colendum, relicta parte, quam habebat regionis,* indignabundus *Hieroſolymam commigrarit;* ſed multo adhuc diſertius HECATAEUS MILESIUS de conſilio Moſis legem ferentis teſtatur, quod *moribus Aegypti improbatis,* in religione ac republica *ſacrificia & vitæ rationes ab aliis gentibus prorſus diverſas ordinarit.* Idem HECATAEUS narrat *Hebræos,* cum peregrini Aegyptum incolerent, *diverſiſſimos*

RUS, qui ſe inveteratæ apud eruditos & omni deſtitutæ dubio ſententiæ opponat, nam ut ait CARPZOVIUS in notis ad Schickardi Jus Regium p. 27. ante ipſum totus pridem in eo fuerat SAM. PARKERUS lib. II. tentam. Phyſ. Theol. c. 1. p. 181. ut oſtenderet, vana omnia eſſe, quæ eruditi e gentilium theologia promant, quaſi e veri Dei cultu ad ipſos translata eſſent, & toto cap. III. inde a p. 268. copioſe iſthoc unum probare nititur, plerumque *Gentilium Theologiam Hiſtoricam* perperam & temere *ſacrae Hiſtoriæ* accommodari. Cum vero ibidem CARPZOVIUS opponat ſcriptores, SPENCERO qui de *κακοζηλίᾳ gentilium in rebus ſacris* de induſtria ſcripſerunt, conferantur adhuc alii ejusdem notæ ſcriptores, quos præter CONR. SAM. SCHURZFLEISCHIUM in diſſertatione de cultu ignis apud omnes gentes nationesque recepto, agmine quaſi facto laudavimus Tomo I. Bibliothecæ Antiquariæ & Exegeticæ p. 805. ſeq.

mos ritus, qui ad templum & ſacrificia pertinerent, uſurpaſſe διηλλαγμένοις ἔθεσι χρωμένους περὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὰς θυσίας. Tantum igitur abeſt ut *Moſes Memphitica* Sacra in ſui Dei cultum evexerit, ut potius Aegyptii apud HECATAEUM MILESIUM lamentabilem in modum conquerantur, patrios erga Deos cultus hoc impulſore plurimum defeciſſe. Hæc igitur HECATAEI verba in lite illa, quam adverſus illos Duumviros MARSHAMUM & SPENCERUM diſceptamus, in magno pretio habent JAC. TRIGLANDIUS in diſſertatione de origine & cauſis rituum Moſaicorum, SALOMON DEYLINGIUS in Oratione de ingenio Iſraelitarum Aegyptiacorum aliique, qui perperam tamen DIODORUM SICULUM nominant, cum potius HECATAEUM MILESIUM, ex quo ille fragmentum excerpſerat, nominare paulo diſtinctius debuiſſent. Cum iisdem HECATAEI verbis concordant verba Dei Levit. XVIII, 3. 4. Deuteron. XII, 30. 31. 32. itemque Pauli, cum in epiſt. ad Epheſ. II, 14. 15. legem præceptorum in ritibus *inimicitias* vocat, * quia ſacra Judæo-

* Vide WITSIUM in Aegyptiacis lib. III. c. 4. §. 14. p. 288.

dæorum, ut ait GROTIUS de veritate religionis Chriſtianæ lib. I. §. 13. ab externis omnibus deriderentur, nec quidquam haberent, quo ſe commendare poſſent extra Deum auctorem. Sed mittamus hæc, adde II. ex HECATAEO MILESIO inſigne admodum pro *veritate & antiquitate Moſis*, ejusque doctrinæ, teſtimonium. Recte TERTULLIANUS adverſus Praxeam affirmat, *id eſſe verum quodcunque primum, id eſſe adulterum, quodcunque poſterius*. Neceſſe enim eſt, uti verba TERTULLIANI explanat, illuſtratque SAM. BOCHARTUS, Phaleg. lib. I. c. 1. ut veritas ſit prior mendacio, cum mendacium nihil aliud ſit, quam corruptio veritatis. Itaque inter *doctrinæ cœleſtis characteres* & κριτήρια merito cenſetur *antiquitas*, atque adeo dignitatis, auctoritatisque apud homines multum illi inde accedit. Hæc porro doctrinæ antiquitas non aliunde melius poteſt adſtrui, quam ſi doceamus in gentibus quicquid fuit antiquiſſimum, id ex Scripturis noſtris aut petitum eſſe aut detortum. Hactenus BOCHARTUS, cui præter Scriptores a nobis in calce Commentarii adductos, addere juvat M. G. VOCKERODT in exercitatione

Aca-

Academica de notitia divinarum Scripturarum apud Gentiles * interim quantum præſidii ſit nobis in *veritate & antiquitate Moſis*, ſatis luculenter exponit PAULUS PEZRONUS. Cum enim is dans l'Antiquité des Tems rétablie & defenduë contre les Juifs & les nouveaux Chronologiſtes cap. II. p. 12. demonſtrare vellet quanta ſit *Chronologia* non ſolum in *Hiſtoria* illuſtranda, ſed & in *religione Chriſtiana* adverſus Judæos & Paganos tuenda & confirmanda vel neceſſitas, vel utilitas, hæc verba ſubjungit: *Tous tombent d'accord que la connoiſſance des Tems ſert infiniment à l'éclairciſſement de l'Hiſtoire tant ſainte, que profane, qu'elle en eſt comme l'oeil & la lumiere, & que ſans ſon ſecours l'Hiſtoire n'eſt proprement qu'un tas de faits confus & embarraſſez: mais tous ne ſça-*

* Conferendi tamen erunt Scriptores, qui repugnant, & PLATONEM ab Ebræis nihil accepiſſe contendunt. Videatur MARQUARDI GUDII Epiſtola ad *Aegidium Menagium* in limine Epiſtolarum GUDII a PETRO BURMANNO editarum, addatur etiam hanc in rem JACOBI LENFANT diſſertatio de quæſtione: *an* PYTHAGORAS *atque* PLATO *notitiam* librorum Moſis *habuerint*? dans la Bibliotheque Germanique Tom. II. art. 5. p. 124. nec omittenda erunt, quæ hanc in rem dixit JO. FRANC. BUDDEUS in Hiſt. eccleſ. Vet. Teſt. Tom. II. per. 2. ſect. 6. ad §. 13. p. 1066.

*ſçavant pas qu'elle eſt neceſſaire pour la defence de noſtre diſcipline, que les Peres de l'Egliſe * ont tant de fois ſoûtenuë contre les Paiens*

* Non diſquiram nunc *an Moſes fuerit ſcriptor omnium primus?* nec enim rationibus firmis innituntur, qui *Moſen Scriptorem omnium primum* perhibent. Fieri enim potuit, ut jam ante eum quædam literarum monumentis ſint conſignata, quæ hodie non amplius exſtant. Legenda GUIL. SALDENI diſſertatio de ſcriptore primo, quæ prima eſt libri I. Otiorum ejus Theologicorum p. 2. Addenda quæ ea de re diſputat JO. FRANC. BUDDEUS in Hiſt. Eccleſ. vet. teſt. Tom. I. per. II. ſect. 1. ad §. 11. p. 540. Quod *ſcripta quædam ante Moſen* exſtiterunt, cum tamen perierint, non conſtat, quænam ea fuerint. Hoc certum, non fuiſſe *θεόπνευστα*, quorum nullum unquam periit, aut perire potuit. JAC. BASNAGIUS dans l'Hiſtoire des Juifs lib. VI. c. 5. §. 1. p. 89. negat itidem Moſen primum fuiſſe ſcriptorem contra quam primis Eccleſiæ Patribus videtur. Quando enim *urbs Cananæorum* דביר olim nomen habuit קרית ספר vide Joſuæ XV, 15. Judic. I, 11. inde colligit in urbis illius *tabulario* conſervatos fuiſſe *antiquiſſimos* gentis illius *annales.* Ita etiam viſum eſt LXX. quibus eſt *πόλις γραμμάτων* & Chaldæo interpreti, qui reddit per קריאת ארכי ſed ita ut inter homines doctos diſſenſus ſit, quid ſibi velit Chaldæus. BUXTORFIUS in lexico קריאת ארכי transfert per *civitatem principum*, quod minus cum nomine Hebræo קריאת ספר & traditionibus Judæorum convenit. SCHICKARDUS ארכי ab Arabico & Perſico *Taarich, Chronicon, Annales* derivat in prooemio ad Taarich Regum Perſiæ p. 21. at RELANDO in diſſertatione de Perſicis Talmudis p. 285. P. II.

Paiens par la prérogative de ſon antiquité. C'eſt par cette ſcience, que l'on découvre la naiſſan-

diſſertation. Miſcellanear. magis arridet deductio vocabuli e Græco ἀρχεῖον, quod eſt interprete SUIDA χαρτοφυλάκιον, ἔνθα οἱ δημόσιοι χάρται ἀπόκεινται, unde Latinum Archium, quo VOPISCUS in Taciti vita utitur. RELANDO in Chaldæo ita interpretando viam jam præivere JO. DRUSIUS, BOCHARTUS in Phaleg. lib. II. c. 17. p. 855. & ANDREAS MASIUS, qui in Comment. in Joſuam tandem addit: *& ſane huic rei vehementer congruit ipſum quoque nomen* דביר Dabir, *ſignificat enim id locum ſecretiſſimum & velati ſacroſanctum, atque penetrale adytum: qualia profecto habentur* τὰ ἀρχεῖα *&* tabularia. Confer JO. LOMEIERVM de Bibliothecis c. 3. p. 41. Fac autem *urbem illam Phœnices* eo ſenſu olim *urbem librorum* dictam fuiſſe, quamvis judice BUDDEO in Hiſt. Eccleſ. V. T. Tom. I. per. II. ſect. 2. ad §. 16. p. 942. incerta ſit ejus nominis ratio, quia vox ספר non tantum *librum*, ſed & *recenſionem*, *numerationem* ſignificat, adde atque largius concede præter *librariam ſupellectilem* ibidem *Academiam* ſive *illuſtre* quoddam *Gymnaſium* fuiſſe, uti præter H. GROTIUM, LOMEIERUM l. c. aliosque contendunt AUGUSTINUS LUBIN in tabulis & obſervationib. Geographicis ad annales Uſſerianos NIC. SERARIUS ad Joſuæ XIV, 15. JO. HOORNBEEKIUS in Orat. inaug. de ſcholis Theologicis, JO. ARROWSMITH Orat. I. Antiweigeliana p. 2. & BERNARDINUS RAMAZINUS Orat. I. incerta tamen omnia, quæ de illo *Gymnaſio Phœnicum* traduntur, HERM. CONRINGIO antiq. Academ. ſupplem. III. p. 211. & BUDDEO l. c. videntur. Neque eſt, quod dicas eandem urbem Joſuæ XV. 49. קרית סנה quaſi *urbem doctrinæ* appellari, vide

naiſſance de la Religion veritable, *que l'on ſçait qu'elle a commencé avec le Monde, & que la fauſſe au contraire ne s'y eſt établie qu' aprés la révolution de pluſieurs ſiécles. C'eſt par elle que malgré les tenebres des premiers tems, que les Gentils ont tenus pour obſcurs & incertains, & que l'Apôtre même* (Actor. XVII,30.) *appelle* des tems d'ignorance, *on ne laiſſe pas de voir une ſucceſſion diſtincte & continuë de Patriarches, qui ont transmis au peuple choiſi le culte du Seigneur. C'eſt par elle, que dans les ſiécles ſuivans, qui ont correſpondu aux premiers tems de la Loy & que les Sages du monde ont nommé les ſiécles fabuleux, parce qu'alors toutes leurs fictions & leurs fables ont pris commencement, ont compté un grand nombre de Juges & de Rois, qui ont conſervé dans un coin de la terre la purité de la foy, parmy les débordemens de l' impieté & les abominations de l' idolatrie. C'eſt*

ANDR. MASIUM l. c. & JO. OWENUM in Theologum. p. 293: etenim *urbem legis* malunt vertere BOCHARTUS Phaleg. lib. II. c. 17. p. 855. RELANDUS in Palæſtina p.726. & WITSIUS in Aegyptiacis lib. III. c. 1. §. 12. p. 198. Quæ cum ita ſint BASNAGIUS dum *Patrum fidem* labefactare ſtudet, contra *Moſis antiquitatem* argumentum profert, litem quod lite reſolvit, ut cum HORATIO loquar.

*C'eſt par elle, que dans les derniers temps de la Loy, qui ont ſuivi les Olympiades, & que les Grecs ont compté comme leurs beaux jours, à cauſe que leurs Hiſtoires ſont alors plus certaines * l'on trouve une ſuite de Prophetes, ou d'hommes divinement inſpirèz, qui ont ſoûtenu le culte de Dieu par la ſaintetè de leurs moeürs, & par la force de leurs paroles. Si cette ſcience fait voir clairement l'antiquite du culte que nous profeſſons, elle montre auſſi celle des Livres Saints, que nous a laiſſè le Peuple choiſi, & dont nous ſommes aprés luy les dépoſitaires. Ces Livres, principalement ceux de Moiſe, où Dieu a voulu renfermer toute la religion des Juifs & par conſequent celle* des Chrêtiens, *précedent de pluſieurs ſiécles tout ce qu'il y a eu de plus ancien*

* Etſi autem *Olympiades* multo ſunt antiquiſſimæ, tamen *computatio, quæ per rationes Olympiadum* inſtituitur, ſerius adhibita atque uſu hiſtoricorum recepta eſt, quod primi antiquiſſimique Græciæ ſcriptores confirmant, atque inter hos inprimis HERODOTUS & THUCYDIDES, qui *Olympia* quidem commemorant, ſed *rationibus per Olympiadas confectis* non utuntur. Hactenus CONR. SAM. SCHURZFLEISCHIUS in Propoſitionib. Hiſtorico-Chronologicis de Olympiadibus. Confer. omnino JO. MARSHAMUM in Can. Chron. Sec. XV. p. 449. & Sec. XVI. p. 485. ſeq.

cien parmy les Grecs & les Romains. Ils ont eſté dictez á ce ſaint Prophete avant l'origine de ces Nations, qui ont tant vanté l'ancienneté de leurs ceremonies, *& de leur diſcipline. Ils n'avoient, ny Peuples, ny Villes, ny Hiſtoires, ny Livres, ny Monumens publcis, non pas même les Letters & les Caractéres, quand ces divins Livres ont eſté ecrits: ils ſont encore plus anciens que leurs Dieux, leurs Temples, leurs Myſteres & leurs Sacrifices. C'eſt ce que les premiers Peres, les illuſtres defenſeurs de l'Egliſe ont admirablement bien prouvé contre ces nations infidéles, lors quelles ont rejetté comme* nouvelle la Religion de Jeſus-Chriſt, *á cauſe qu'il avoit pris naiſſance ſous Auguſte & qu'il fut mis en Croix ſous Tibere. Ils s'imaginoient fauſſement, que cette divine ſecte n'avoit commenté que ſous ces Empereurs & diſoient, que c'eſt un nouveauté profane & une ſuperſtition dangereuſe, & qu'on la devoit exterminer, comme n'ayant aucun caractere, ny de verité, ny d'antiquité. Mais ces grands hommes que Dieu avoit ſuſcités pour la défence de ſa religion, leur ont fait voir par des preuves non ſuſpectes, c'eſt-à-*

 dire,

dire, par les Livres des Juifs, nos ennemis jurez, qu'elle etoit auſſi ancienne que le Monde, & leur ont montré par leurs propres Hiſtoires & par la ſupputation des tems, *que* Moïſe *noſtre premier Docteur, étoit* plus anciens *que tous leurs Sages & leurs Legislateurs.* Quæ cum ita ſint, laudamus HECATAEUM MILESIUM, quod *Iſraëlitarum ex Aegypto exitum* inſignem illam Hiſtoriæ Sacræ epocham, in qua innititur Judæorum Chriſtianorumque chronographia rerumque Aegyptiacarum diſpoſitio * obſer-

* JOSEPHUS adverſus *Apionem* differens ita calculos ponit, ut putet *egreſſum Iſraëlitarum ex Aegypto* auſpiciis Moſis *bellum Trojanum annis propemodum mille præceſſiſſe*, eam vero computandi rationem veteres Chriſtiani ſummo ſtudio admiſerunt. Hinc JUSTINUS MARTYR collocat *Moſen* Judæorum ducem *in temporibus Ogygis & Inachi*. *Inachus* autem Argis in Peloponneſo novum regnum formaſſe creditur anno Periodi Julianæ 2857. *Ogyges* paulo poſt regnavit in Attica, illiusque ætate diluvium accidit, quod ab ipſo denominatur, & Olympiadem primam mille ac viginti annis anteceſſiſſe proditum eſt ab ACUSILAO. *Joſephum* ſecutus eſt THEOPHILUS ANTIOCHENUS, JUSTINUM TATIANUS, TERTULLIANUS, JULIUS AFRICANUS, TATIANUM ut ſolet CLEMENS ALEXANDRINUS, AFRICANUM EPIPHANIUS, atque GEORGIUS SYNCELLUS. Nec quiſquam repertus eſt ante EUSEBIUM, qui de *vetuſtate Moſis* detrahere auſus ſit: EUSEBIUS autem de veteri Moſaicæ ætatis *παραχρονισμῷ* detraxit an-

obſervare voluerit, laudamus, quod majoris fidei cauſa, eandem ſacram epocham cum celebri illa Græcorum Epocha, quæ Cadmi ** & Danai *** in Græciam adventum

nos CCLXXXIV. eumq; ſequuntur SCALIGER, PETAVIUS, & quem primo loco nominare debui MARSHAMUS in Can. Chron. ſec. IX. p. 138. jure ne an injuria id faciant, nunc quidem inquirere non libet. Vide PAULUM PEZRONUM l. c. p. 81. ſeq. HERM. WITSIUM lib. III. Aegyptiacor. c. 1. §. 15. p. 200. & CAROL. WOLZELEY in der warhaftigen Glaubwürdigkeit heiliger Schrifft P. II. c. 1. p. 294. At demus *Moſen trecentis propemodum annis juniorem* fuiſſe quam JOSEPHUS antiquitatis fortaſſe quam veritatis hac in re ſtudioſior, contendit, ponamusque eum floruiſſe ætate *Cecropis* primi Athenienſium Regis Periodi Julianæ anno 3156. *anteceſſerit certe Trojæ cladem quatuor fere ſeculis.* Hæc enim, ut ait PETAVIUS, certiſſime incidit in eum annum, qui eſt Per. Jul. 3530.

** *Cadmum* fuiſſe *Aegyptium* affirmat HECATÆUS MILESIUS, eadem ſententia arridet JO. MARSHAMO in Can. Chron. ſec. IX. p. 121. ſeq. & quem primo loco nominare debebam ATHANASIO KIRCHERO Oed. Aegypt. Tom. III. diatrib. 3 præluſ p. 56. ſeq ſed aliis *Cadmus Phœnix* eſt, quod & nomen arguit. Nimirum ut nunc omittam, quæ attulit JO. OWENUS in Theologumenis lib. IV. c. 3. §. 10. p. 289. & autor ille diſſertationis de priſcis Græcorum ac Latinorum literis (quæ de MONTFAUCON Palæographiæ ſubjecta legitur) §. 3. certe acute pro more ſuo obſervavit BOCHARTUS Canaan lib. I. c. 19. ex illis *Cadmonæis Cadmum* fuiſſe credibile eſt, quos memorat Moſes Geneſ. XV, 19. Hi porro *Cadmonæi* iidem erant, qui *Hevæi:* ne-

tum deſignat, comparare voluerit. Quo autem rectius intelligatur hæc *collatio ſacræ*

&

que obſcura ratio cur *Hevæi Cadmonim* id eſt *Orientales* dicti ſint, cum Joſuæ XI. 3. legamus eos occupaſſe montem *Hermonem*, quæ pars erat terræ Canaan maxime *Orientalis*. *Cadmonæus* igitur idem qui *Hermonæus*. Atque hinc factum ut *Cadmi* uxor vocetur *Hermonia* vel *Hermione* nempe a monte *Hermone* ex quo erant oriundi. Neque ex *Aegypto* Cadmum veniſſe conſtat, quamvis id multi contendant, ſed ex *Phœnice* potius. Et probabilis admodum BOCHARTI ſententia eſt, eum ſub Joſua vixiſſe, & ducem fuiſſe eorum, qui, ut eminenti ſe eriperent exitio, mari ſe commiſerunt, alias terras quæſituri. Confer WITSIUM lib. III. Aegyptiacor. c. 3. §. 14. 15. p. 278. & MARTINIUM in Cadmo Syro-Phœnice. Quicquid autem ejus rei erit, primam Moſis cognitionem a Cadmo & Danao veri ſimile eſt Græcos accepiſſe. Vide HUETIUM in demonſtrat. Evang. Propoſ. IV. c. 8. §. 2. Idem *Cadmus* in Græcia reliquit ſui monumentum ære perennius nempe *literas*, quas a *Cadmo* ſe accepiſſe *Græci* pene omnes agnoſcunt. Inde Φοινικήια & καδμήια γράμματα *Phœniciæ & Cadmeæ literæ* dictæ, & in TIMONE PHLIASIO apud SEXTUM Φοινικικὰ σήματα Κάδμου *Phœnicia ſigna Cadmi.* EUPOLEMUS libro de Judææ Regibus ait, τὸν Μωσῆ πρῶτον σοφὸν γενέσθαι καὶ γραμματικὰ πρῶτον τοῖς Ἰουδαίοις παραδοῦναι, καὶ παρ' Ἰουδαίων Φοίνικας παραλαβεῖν *Moſen primum fuiſſe ſapientum atque ab eo datam literaturam Judæis, quæ ab Judæis ad Phœnicas pervenerit.* Nimirum lingua vetus eadem Judæis, quæ Phœnicibus, aut certe paululum diverſa. LUCIANUS: ὁ δὲ Φωνάς τινας Φθεγγόμενος,

& *profanæ Epochæ*, conſulendus erit JAC. USSERIUS, qui in Annalib. Vet. Teſtam. p. 17. inſignem lucem HECATAEI MILESII verbis affundit, etiamſi perperam DIODORUM SICULUM pro HECATAEO MILESIO nominet. Eodem loco & tempore HECA-

οἷα γένοιντ' ἂν Ἑβραίων ἢ Φοινίκων *loquebatur is verba quædam ignota, qualia ſunt Hebraica aut Phœnicia.* Sicut autem *lingua Phœnicibus* eadem & *Hebræis*, ita & *literæ Hebræorum vetutiſſimæ eædem quæ Phœnicum.* Porro autem res ipſa docet *literas e Phœnice in Græciam* eſſe allatas. Primo ſi *figuram* ſpectes, *Græcæ literæ*, maxime antiquiores illæ, quarum exempla profert SCALIGER ad annum EUSEBII CIϽIϽCXVII. *vetuſtis Phœnicum literis*, quibus hodie utuntur *Samaritani*, in pleriſque tam ſunt ſimiles, ut nemini non pateat illas ex his eſſe expreſſas. Secundo *nomina pleraque literarum Græcarum* ſunt palam *Phœnicia* aut *Hebræa* etiam. Tertio *Græci* in literis *Phœnicum ordinem* ſervant, quem eſſe vetuſtiſſimum docent Davidis & Jeremiæ verſus acroſtichi. Res conſtabit plenius ex illo diagrammate apud BOCHARTUM in Canaan lib. I. c. 20. in quo *Samaritanum* ſeu *Phœnicium*, *Hebraicum* & *Græcum Alphabetum* proponuntur, ſingula veteri ordine. Confer H. GROTIUM de veritate relig. Chriſt. lib. I. §. 15. in notis lit. (a) JO. OWENUM in Theologumenis lib. IV. c. 3. p. 286. ſeq. BERN. de MONTFAUCON in Palæographiæ Græcæ lib. II. c. 1. p. 122, GERH. JO. VOSSIUM de arte Grammatica lib. I. c. 10.
*** Vide de hoc Danao JO. MARSHAMUM in Can. Chron. ſec. IX. p. 129. ſeq. & PEZRONUM dans l'Antiquité des Tems rétablié & defenduë contre les Juifs & les Nouveaux Chronologiſtes c. 13. p. 220.

HECATAEUS MILESIUS tribuit *Moſi* Φρόνησιν ſive *prudentiam civilem* ipſa veritate ſuffragante. Etenim inter omnes omnium gentium leges eminent *Moſis*, quia non tantum *æquitati naturali* ſunt conſentaneæ, ſed & *genio indolique Populi Judaici* prorſus accommodatæ *ad finem* quoque, quem Deus in republica Iſraëlitica ſibi propoſuerat, obtinendum, ut nihil iis melius aut præſtantius excogitari poſſit. De ipſius *Moſis prudentia civili* quidem dubitat HERM. CONRINGIUS in animadverſionibus politicis ad Machiauelli Principem c. 3. p. 70. ſed rationibus ejus ſatisfactum a JO. FRANC. BUDDEO in Hiſt. Eccleſ. Vet. T. Tom. I. per. II. ſect. 1. ad §. 10. p. 335. Cumque ſententiam CONRINGII ingenue, recitatis ipſius verbis, BUDDEUS exhibuerit, & ſolide quidem, ſed modeſte tamen refutaverit BUDDEUS, nihil cauſæ video, cur illum ideo iniquitatis cujusdam arguerent auctores Annalium Academiæ Juliæ ſemeſtr. IV. p. 193. Atque hæc quidem ſufficiant, obſervamus III. HECATÆUM MILESIUM pro captu illius ætatis ſatis accurate de *anno Hebræorum* loqui * eique XII. menſes

* De *anno Hebræorum* vide NICOL. MULLERUM de

ſes tribuere, de eo autem, quod de *origine anni Hebræorum ab Ægyptiis repetenda* * multi affirmant, tacere prorſus. IV. obſervamus verba illa HECATÆI MILESII: *Moſes Judæis non ordinavit regem;* inde enim recte colligimus Moſen Deuter. XXXIII. 5. *non ſenſu proprio ſed improprio Regem appellari.* Præter ſcriptores hanc in rem a me laudatos p. 10. diſſertationis de præcipua laude ampliſſimæ pulcherrimæque corporis formæ, quam Moſes usque a pueritia per omnes deinde ætatis gradus habuit, in præſenti audire juvat JO. HENR. HOTTINGERUM in notis ad *Goodwinum* p. 41. *Num Moſes*, inquit, *Rex Iſraelis fuerit, de eo Judæi & Chriſtiani in explicatione* Deut. XXXIII. 5. *valde*

anno Judæorum Lunæ-Solari ſing. lib. BASNAGIUM dans l' Hiſtoire des Juifs lib. VI. c. 13 p. 238. ſeq. JO. LUNDIUM in den Jüdiſchen Heiligthümern lib. V. c. 7. JO. MARSHAMUM in Canone Chron. ſec. IX. p. 189. HUMFR. PRIDEAUX in præfat. Hiſtoriæ Judæorum p. 14. RELANDUM in antiquitat. S. vet. Hebr. delineatis P. IV. c. 1. SCALIGERUM lib. III. de emendatione temp. p. 221. JO. SELDENUM de anno Civili vet. Judæorum ut nunc alios ſcriptores taceam, quos JO. ALB. FABRICIUS in Menologio ſuo nominat.

* Confutat hos HERM. WITSIUS lib. II. Ægyptiacor. c. 7. Confer Tomum noſtrum I. Bibliothecæ Antiquariæ & Exegeticæ p. 987.

controvertunt ; ſi tamen ad ſeriem attendimus loci citati & uſum vocabuli מלך Rex *laxiorem, nihil obſtat. Alibi quoque Moſes* אדון Dominus *principum populi* Numer. XXXVI. 2. *audit & populus nomine* עברים Num. XXXII, 31. *venit. Moſes ex hominibus ſuperiorem neminem habuit, adeoque pro poteſtate votis* מלך Rex *dici poteſt, quomodo* MAIMONIDES tract. de domo ſelecta c. VI. II. Moſes Magiſter noſter Rex erat: *licet idem alio reſpectu fuerit* θεράπων Hebr. III. 5. *hac enim non pugnant.* Nec omittenda ſunt verba HERM. CONRINGII in exercitatione Academica de Republica Hebræorum §. 14. de eodem Deuteronomii loco hunc in modum diſſerentis: *quicquid ſit de una voce Hebræa* Jeſchurun, *de qua ſententiarum animadvertere eſt divortium inter interpretes* * *Moſes utique Rex hic videtur dici: verum id omnino intelligendum, quomodo* VATABLUS *intelligit, quod nimirum* Moyſes fuerit tanquam Rex. *Atque eodem modo commode noſter interpres Germanicus*: er verwaltete das Amt eines Königes. *Verus utique Rex haud fuit, neque un-*

** GEORGIUS MICHAELIS CASSAI in diſſertatione quadam Philologica occaſione oraculi Deut. XXXII. 15. genuinos τοῦ ישרון natales eruere ſuſtinuit.

unquam ſe pro vero rege geſſit, *qui ſe* afflictiſſimum mortalium *queribundus profitetur* Num. XI. & XII.* Confer HUETIUM in Demonſtrat. Evang. Propoſit. IX. c. 4. §. 15. & auctorem explicationis literalis & Criticæ Pſalmi CX. p. 120. Tom. III. del' Hiſtoire Critique de la Republique des lettres tant Ancienne que Moderne. Quod ſi quis HECATÆI MILESII fidem labefactare cupit, quia *Deuteron.* XVII. 15. exſtare videtur *mandatum divinum de rege eligendo*** is operam perdet & oleum. Quamvis enim Deus ipſam

* Errat CONRINGIUS quia LUTHERUM ſequitur vocem עָנָו Num. XII. 3. ita vertentem: *ein ſehr geplagter Menſch.* Quanto rectius judicio JO. FRISCHMUTHI in diſſertatione ad Zachar. IX. 9. 10. de Meſſia rege Sionis cap. 3. §. 5. vertitur; *mitis erat & manſuetus*, dum ad illatas injurias nec excanduit, nec retinens ſui juris ſe vindicavit. Cumque LUTHERUM in illum errorem induxerit JO. FORSTERUS lexicographus, de eodem obſervat FRISCHMUTHUS l. c. quod ob Rabbinorum quorumvis inſignem contemtum graviter a veritate ſemel aberraverit, iterumque. Vide de eodem FORSTERO etiam GUIL. SCHICKARDUM p. 110. Bechinat Happeruſchim.

** Ita quidem præter JO. MARSHAMUM in Can. Chron. ſec. XIII. p. 339. cenſent PETRUS CUNÆUS lib. I. de republ. Hebræor. c. 14. & GUIL. SCHICKARDUS de Jure Regio Hebræor. cap. 1. theor. 1. ſed utroſque refellunt CONRINGIUS & CARPZOVIUS locis citatis.

ipſam regiæ gubernationis formam in ſe ſpectatam in populo ſuo non aſpernaretur, quippe qui Abrahamo Gen. XVII. 6. & Jac. XXXV. 11. Reges ex ipſorum lumbis prodituros promiſerat, volueratque Chriſtum e regio ſanguine naſci, & regnum inſuper ejus ſpirituale per regiam reipublicæ Judaicæ adminiſtrationem adumbrari, nuſquam tamen ne in citato quidem *Deuteronomii* loco mandatum Iſraëlitis dederat, ut vel ipſi eligerent, vel eligendum peterent Regem, ſed arbitrio & diſpenſationi ſuæ totum hoc mutandæ Reipublicæ formæ negotium reſervaverat. Confer qui eo ſenſu locum *Deuteronomii* interpretantur ISAACUM ABARBENELEM in ſingulari diſſertatione de ſtatu & jure regio * JO. FRISCHMUTHUM in libro de rege eligendo & deponendo ** HERM. CONRINGIUM *** in exercit. Acad. de

* Quam ex ejusdem Commentariis ad Deut. XVII. 14-20. & 1. Sam. VIII. 1. ſeq. excerptam & Latinitate donatam JO. BUXTORFIUS diſſertationibus ſuis Philologico-Theologicis p. 423. ſeq. ſubjecit.

** Quem immerito ſugillat JO. SELDENUS lib. III. de Synedr. vet. Hebr. c. 12. p. 195. longe æquius de eo judicium tulit GISBERTUS VOETIUS Part. VI. diſp. Select. p. 228. *ubi egregium hoc ſcriptum* (ſunt hæc ejus verba) *lectori iſtarum rerum avido commendat.*

*** Hujus verba repetere fas fuerit: *advertendum eſt*

de Republica Hebræorum §. 52. ſeq. JO. BENED. CARPZOVIUM in animadverſionib. & notis ad *Schickardi* Jus Regium Hebræorum p. 6. ADR. RELANDUM in Antiquitatib. Sacris veter. Hebr. delineatis P.II. cap. 8. §. 1. p. 231. Porro autem V. notanda cenſemus illa HECATÆI MILESII verba: *προσγέγραπται δὲ καὶ τοῖς νόμοις ἐπὶ τῆς τελευτῆς, ὅτι Μωσῆς ἀκούσας τοῦ Θεοῦ, τάδε λέγει τοῖς Ιουδαίοις: additum eſt in fine legis: hæc Moſes loquitur Judæis obediens Deo.* Etenim ex illis apparet, quod *Moſes verus Pentateuchi auctor* inde a priſcis ſeculis & dicatur & habeatur. Quod enim BENEDICTUS de SPINOZA

mandatum illud non niſi ex hypotheſi eſſe editum. Nec vero mandat per Moyſen Deus abſolute, ut regem ſibi proprie dictum conſtituant Ebræi, ſed potius jubet ipſos τὰ παρόντα στέργειν quod etiam in vulgaribus Politiis virtus maxima eſt. -- Debebant Iſraelitæ στέργειν præſentem ſtatum: ſi tamen ipſos Regis, qualem ceteræ habebant gentes, inceſſeret cupido (quod fore aliquando utique prævidebat) auctoritate quidem Dei permittit Moyſes, ut Regem conſtituant, qui tamen nequaquam ἀλλόφυλος ſit, ſed qui ex eadem gente ſit cum ipſis, quemque præterea Deus ipſe commonſtrarit. -- Mirum vero ſi mandatum de conſtituendo Rege abſolutum Ebræis fuiſſet datum, quod illud exſequi aliquot ſeculis auſi fuerint negligere, quodque Gideon vir ſapiens & conſcius divinæ legis, cum ipſi ex gente ſua regnum proprie dictum addicere quidam vellent, conditionem illam accipere recuſaverit, Deo nunquam improbante.

NOZA, *Auctor* iſte *tractatus Theologico-Politici* negat Moſen Pentateuchi auctorem fuiſſe, quod idem addit documento eſſe varium dicendi genus, cum Moſes modo ex propria perſona & αὐτοπροσώπως de ſe ipſe, modo quaſi de alia perſona loquatur, id argumentum utique futile eſt, vanumque. Nam eo quoque modo diceremus ſuppoſititiam fore Κύρȣ ἀνάβασιν, ſuppoſititios CÆSARIS commentarios, & JOSEPHI libros de bello Judaico, & ipſum MATTHÆI Evangelium (uti hac ipſa ratione deceptus aſſeverabat FAUSTUS MANICHÆUS obſervante AUGUSTINO adverſus eundem FAUSTUM lib. XVII. c. 1.) in quibus XENOPHONTIS, & CÆSARIS & JOSEPHI & MATTHÆI mentio fit tanquam diverſarum ab iis perſonarum. Vide omnino HUETIUM in demonſtrat. Evang. Propoſ. IV. c. 14. §. 9. WITSIUM Tom. I. Miſcellaneor. Sacror. lib. I. c. 14. §. 42. p. 126. alioſque quos laudant JO. GOTTLOB CARPZOVIUS in introduct. ad libros Canonicos Bibl. vet. T. P. I. c. 3. §. 2. p. 38. J. C. WOLFIUS Biblioth. Ebr. P. 2. lib. 1. ſect. 2. p. 63. J. FR. BUDDEUS Hiſt. Eccleſ. Vet. T. Tom. I. per. II. ſect. 1. ad §. 11. p. 540. Quanto igitur rectius *de*

Moſe

Moſe quippe *vero Pentateuchi auctore* judicavit HECATÆUS MILESIUS iis verbis uſus, quæ etiam in ſacro codice teſtantur & perhibent Moſen librorum, qui adhuc exſtant, ſcriptorem fuiſſe. Sed pergimus VI. ad illa HECATÆI MILESII verba, ubi nefas apud Judæos fuiſſe ait τὰς ἰδίας κλήρους πωλεῖν *hæreditates ſuas vendere.* Nimirum JO. SELDENUS in libro de ſucceſſionibus ad leges Ebræorum cap. 24. p. 161. cenſet hæc verba HECATÆI lucem accipere ex Levit. XXV. 10. *Annus Jubilæus* * *ille vobis eſto, & quisque in*

* De *initiis Jubilæorum* & eorundem *periodo* atque *obſervatione* vide ſis MAIMONIDEM Halach. Semita veiubal. JOSEPHUM SCALIGERUM de emend. tempor. lib. V. p. 353. & lib. VII. p. 737. JAC. CAPELLUM in hiſt. Sacra & Exotica ſub annis mundi 2549. & 3382. DIONYS. PETAVIUM de doctrina temporum lib. IX. c 27. TOSTATUM ad Levit. XXV. quæſt. 9. & ad Ruth cap. IV. quæſt. 9. PETRUM CUNÆUM de Republ. Ebræor. lib. I. c. 2. & 6 JO. SELDENUM l. c. REL^NDUM in Antiquitat. Sacris vet. Hebræor. delineatis P. IV. c. 8. §. 18. ſeq. p 459. AUGUST. VARENIUM in diſſert. de ann. Sabb. & Jubil. JAC. GUSSETIUM in Commentariis Linguæ Hebrææ p. 866. ſeq. HUMFR. PRIDEAUX in præfatione Hiſtoriæ Judæorum & vicinarum gentium præmiſſa, JO. HENR. HOTTINGERUM in notis ad *Goodwinum* p. 635. JO. CLOPPENBURGIUM in Schola Sacrificior. p. 42. NICOL. FULLERUM Miſcellaneor. Sacror. lib. IV. c. 8. PETRUM FRANCIUM in ſingulari oratione de Anno Jubilæo, aliosque quos laudat JO. LUNDIUS in

in poſſeſſionem atque gentilitatem revenirotet. Scilicet, ut pergit idem SELDENUS in illuſtrandis HECATÆI verbis, *vendere fundum* לצמיתות *ſive* in exciſionem, *id eſt, ut a venditore, ejusque poſteris perpetuo excidatur,*

den Jüdiſchen Heiligthümern lib. V. c. 32. Quid? quod HERM. CONRINGIUS in commentariolo de initio anni Sabbatici & tempore meſſis Ebræorum peculiarem de Anno Jubilæo promiſit librum, qui an lucem adſpexerit; ſubdubito. Quid multa? audiamus JO. MARSHAMUM in Chron. Can. ſec. X. p. 235. *Poſt κληρȣχίαν Hebræorum opes maxime in agris poſitæ erant. Lege itaque agraria cautum eſt, ne quis contractu ullo plenum ſui fundi dominium alienaret. Quinquageſimo quolibet anno omnes agri ad Dominos veteres redibant -- nulla venditio, nulla donatio, quæ Jubilæi beneficio non erat irrita. Sane ea lege Moſes ſtabilitati reipublicæ prudenter conſuluit, cum paucorum avaritia major pars civium fortunis avitis exui non potuerit.* Quamvis autem lex illa Hebræorum caveret, ne ditiores pauperum fundos occuparent (recte ita judicat HECATÆUS MILESIUS) *majora* tamen *myſteria eidem legi ſubeſſe* fatemur. Præterquam enim quod per legem illam ſingularum tribuum diſtinctionem, & illius inprimis unde Meſſias naſci debebat, conſervationem obſervare fas erat, (vide P. ALLIXIUM l. c.) etiam *annus Jubilæus*, quem LXX. Interpretes ſemel iterumque ἄφεσιν appellant, nobis *in typo exhibet remiſſionem peccatorum*, ut in *Oeconomia nova* obtinet. Vide PETRUM FRANCIUM l. c. CAMP. VITRINGAM obſervat. Sacrar. lib. IV. c. 4. & quæ vel Tomo I. Bibliothecæ noſtræ Antiquariæ & Exegeticæ p. 105. vel Tomo II. der Erörterung der dunckelſten Schriftſtellen Alt. T. p. 818. obſervavimus.

tur, ſeu εἰς βεβαίωσιν ut Helleniſtæ, ſive alienatione nunquam reſcindenda (*de quo vocabulo hic vide ſis* D. AUGUSTINUM *ad Levit. quæſt. 89. ſeq.*) *fas non erat ex lege dicto Levitici capite, comm. 23. Adeo ut Jubilæo quolibet redire deberent alienati fundi ad primos dominos ſeu hæredes eorum, idque quotcunque intervenirent alienationes mediæ. Quod item de donationibus intelligunt & de hæreditatibus in ſolidum ex pacto a fratribus, aliisque cohæredibus poſſesſis. Integrum nempe erat Jubilæo familiæ erciſcundæ actione denuo uti. Conſule item Ezechielem* XLVI. 17. Atque ita rem eſſe, uti dixit SELDENUS, vel *Nabothi* nos docere poterit exemplum: cum enim 1. Regum XXI. 2. Achabus ab illo contenderet, ut ſibi vineam aliquam ædibus ſuis proxime conjunctam, qua pro viridario uteretur, addiceret, ſeſeque illi aliam vineam illa meliorem daturum, aut ſi illi ita videretur, pro hac argenti precium eſſe ſoluturum affirmaret, interceſſit *Nabothus* perſuaſus ſummum a ſe piaculum * admiſſum iri, ſi patrimonium

* *Deprecandi* atque *averſandi* formulæ aliæ aliis nationibus ſunt familiares. *Hebræi* paſſim adhibere ſolent nomen חלילה quod proprie ſonat τὸ βέβηλον *rem*

um regi traderet. Vide præter PETRUM ALLIXIUM in den Betrachtungen über die vier letzten Bücher Moſis P. I. lib. II. c. 19. p. 333. etiam FRIDER. STROTTMANNUM in ſingulari diſſertatione de Achabo vineam Nabothi appetente. Ceterum quæ apud DIODORUM de *κληρυχία* ſeu *hæreditaria terræ promiſſæ diſtributione* obſervat HECATÆUS MILESIUS recte intelligenda erunt. *Diſtributio* enim aut *tribuum* erat ſeu corporum hæreditatum *duodecim*, quibus ſingulæ tribus ditabantur, aut *ſingularum portionum* quæ *tribuum ſingularum* aſſignarentur *familiis* ac *capitibus*. De prioris generis diſtributione ejuſce formula & ſortibus cum Oraculo

profanam, vel *nefas* ut vetus interpres alicubi haut inepte reddidit. Porro etſi unum eſt nomen iſtud & ſimplex, non uno tamen, ſed variis multisque modis uſurpatur. Quandoque enim abſolute ponitur ipſum per ſe ſolum, id quod raro evenit 1 Sam. XIV. 45. XX. 2. ſæpiſſime adjunctis aliis particulis: quæ ſi aderunt omnes ſenſum plenum gignent ut 1. Reg. XXI. 3. חלילה לי מיהוה מתתי *res profana* (vel *nefas*) *mihi*, ſubaudi תחשב *imputabitur a Domino*, *adeo ut tradere* (vel *dare*) *nequeam*. Item 1. Sam. XXIV. 7. חלילה לי מיהוה אם אעשה *res profana* (vel *nefas*) *mihi* imputabitur *a Jehova*, *ſi facerem*. Vide omnino NICOL. FULLERUM Miſcellaneor. Sacror. lib. II. c. 2. & JAC. GUSSETIUM in Commentariis Linguæ Hebrææ p. 259.

raculo Urim & Thummim in eadem adhibitis, præterea quæ à Moſe & Joſua enarrantur, plura habes in JOSEPHI Archæolog. V. c. 1. Gemara Babylonia ad tit. Baba Bathra cap. 8. fol. 122. & in Magiſtris ad Numeror. XXVI. & ad Joſuam, ut Chriſtianorum commentarios prætermittam, in quibus potiſſimum conſulas ad Joſuam NICOL. SERRARIUM, CHRISTOPHOR. CELLARIUM Geographiæ antiquæ lib. III. c. 13. p. 466. & JO. DRUSIUM ad difficiliora loca Numer. cap. CXVIII. In portionibus autem tribuum aſſignandis ratio habebatur non ſolum perſonarum numeri ſed & locorum feracitatis, præter æſtimationem eam quæ tantummodo menſura dignoſci poteſt. Unde pauca & modica jugera pro ratione capitum in agro Hieroſolymitano ſolo uberrimo veluti Benjaminiticæ tribui, plura ubi minus ferax erat tellus aſſignabantur, de qua re vide loco citato JOSEPHUM, ubi fuiſſe ait τιμητὰς μᾶλλον ἢ μετρητὰς τὰς κλήρους *ſortitionem factam à pretio magis quam à menſura.* Confer plura apud SELDENUM in libro de ſucceſſionib. ad leges Ebræor. cap. 21. ſeq. Porro κληρουχία *triplex* erat. *Prima* terræ partitio facta eſt a Moſe trans Jorda-

danem, qua Amorrhæorum regio extra ſortem tradita eſt Reubenitis, Gaditis & dimidiæ tribui Manaſſis. Joſuæ XIV. 3. *Altera* poſt ſeptennium a Joſua (vide c. 15.) in Galgalis, qua tribus Juda & Ephraim cum altera dimidia tribu Manaſſis hæreditates ſuas conſecutæ ſunt. *Tertia* ab eodem (vide XVIII. 3.) poſt ceſſationem aliquam in Silunte, qua VII. tribubus reliquis terra reliqua ſorte diſtributa eſt. Non aliter apud HERODOTUM II. 109. dicunt Seſoſtrim Regem Ægyptum in omnes Ægyptios diviſiſſe κλῆρον. ἴσον ἑκάστῳ τετράγωνον διδόντα *data viritim per ſortem æqua ſoli quadrati portione.* Hæc JO. MARSHAMUS in Can. Chron. ſec. X. p. 234. Quo vero inſtrumento dimetiri voluerint aut potuerint agros paucis quæremus. Fuit autem illud *funiculus*, de cujus hac in re uſu vide Zachar. II. 5. Ezech. XL. 3. coll. Deuteron. XXXII. 9. Quinimo cum funibus in agris dimitiendis, & hæreditatis diviſione uterentur veteres, hinc factum ut חבל *funiculus* pro hæreditatis parte acciperetur Jud. XVII. 14. 1 Chron. XVI. 18. ut *projicere funiculum* idem eſſet, quod hæreditatem partiri Michæ II. 5. ut denique *funiculi* alicui *dicerentur cadere*, qui

hære-

hæreditatem accepit. Vide Pſ.XVI.6. & locum inſignem Joſuæ c. XVII.5. qui inprimis huc pertinet. Qui plura hac de re audire geſtit, adeat Celeberrimum CONR. IKENIUM in diſſertatione Philologica de vitula decollata ob inventum occiſum in agro §. 4. p. 11. ſeq. BOCHARTUM in Canaan lib. 1. c. 28. p. 584. Quando autem HECATÆUS MILESIUS obſervat *ſacerdotibus Hebræorum* μείζονας κλήρους obtigiſſe, eximius eſt veritatis teſtis. Etenim urbes Leviticæ 48. numero recenſentur Joſ. XXI. e quibus tamen tredecim ſacerdotibus & triginta quinque Levitis (quatenus a ſacerdotibus diſtinguuntur) fuere adſignatæ. Sacerdotes urbes habuere in locis Hieroſolymæ vicinis, portione ſcilicet Judæ, Simeonis & Benjamin, Joſ. XXI. 4. 1 Chron. VI. 57. Inter Levitas Kahathitæ 10. urbes, Gerſonitæ 13. Meraritæ 12. adepti ſunt Joſuæ XXI. 6. Denique ſuburbia bis mille cubitorum quaqua verſum unicuique urbi adſignata ſunt Num. XXV. 4. 5. quorum pars altera agros communes, altera proprios complectebatur. Vide RELANDUM in Antiquitat. Sacris veter. Hebræor. delineatis P. II. c. 6. §. 10. p. 215. & qui hæc omnia aliquanto luculentius expo-

nit JO. LUNDIUM in den Jüdiſchen Heiligthümern lib. IV. c. 28. p. 864. ſeq. Tandem obſervamus VII. *belli leges*, committendi prælii, victoriæque quæ exſtant Deuter. XX. * ab HECATÆO MILESIO paucis deſignari, nec mirum cum eas tantum per tranſennam conſideraſſet.

§. V. Hactenus vidimus apud HECATAEUM MILESIUM *expreſſa veritatis veſti-*

* Totum hoc caput illuſtrabunt PETRUS CUNÆUS lib. II. de Rep. Ebræor. c. 19. JO. SELDENUS lib. VI. de J. N. & G. c. 12. ſeq. lib. III. de Synedriis vet. Hebr. c. 12. SIGONIUS lib. VII. de Rep. Hebr. c. 9. MENOCHIUS lib. V. de Rep. Hebr. c. 5. aliique ſcriptores, quos commendat & laudat JO. BENED. CARPZOVIUS in animadverſionib. & notis ad *Schickardi* Jus Regium Hebræor. p. 283. De *ſeptem gentibus* Deut. VII. 1. commemoratis, & ab HECATÆO MILESIO licet paulo obſcurius indicatis, quas Hebræi expulerunt, vide JO. HENR. HOTTINGERUM in diſſertatione de Geographia terræ Canaan §. 6. p. 254. inter notas ejusdem ad *Goodwinum*, SCHICKARDUM de jure regio Hebræorum p. 284. BOCHARTUM in Phaleg lib. IV. c. 36. JO. DRUSIUM cap. LXXIIX. ad loca difficiliora Deuter. p. 588. JO. MARSHAMUM in Can. Chron. ſec. X. p. 231. GERBR. van LEEUWEN in Comment. in Acta Apoſt. XIII. 19. quamvis neceſſe ſit fateamur, *ſedem ſitumque illarum gentium* difficilem eſſe inveſtigatu, quod vel præter JO. MARSHAMUM l. c. inſigni quodam exemplo nos docebit doctiſſimus CONR. IKENIUS in diſſertatione Theologico - Philologica de Nibchas idolo Awæorum.

veſtigia, nunc itidem nequid taciturnitate prævaricari videamur, operæ pretium fuerit videre, quantas idem *mendaciorum* nebulas excitaverit. I. Impudens & magnum eſt mendacium, cum *Hebræos propter ſcabiem & vitiliginem terminis Aegypti expulſos* affirmat. Putat autem JAC. USSERIUS in Annalib. Vet. Teſt. p. 12. illud HECATAEI quod aliquam veri ſpeciem habet, inde natum, quod Exodi IX, 11. non ſolum hominum ſed & pecudum corpora puſtularum ulceribus conſperſa fuiſſe dicuntur. Ita quidem eſt, quod dicit USSERIUS, nam Magi æque ac omnes Aegyptii ulceribus afficiebantur, ſed mendax eſt HECATAEUS, ſi Hebræos lepra quoque affectos ideoque Aegypto ejectos fuiſſe credidit. Vide quæ de origine hujus criminationis paulo diſtinctius diximus in diſſertatione de præcipua laude amplisſimæ pulcherrimæque corporis formæ, quam Moſes usque a pueritia per omnes deinde ætatis gradus habuit §. 5. p. 16. Notamus II. illud HECATAEI mendacium affirmantis *Judæos cœlum terram ambiens pro Deo ſummo coluiſſe*. Nimirum originem hujus criminationis inveſtigarunt JOSEPHUS SCALIGER in Elench. Trihær. cap. 31. VI-

TRINGA lib. I. P. I. de veter. Synag. c. 12. p. 228. FRANC. BURMANNUS diſp. I. de Synag. STEPHANUS le MOINE in variis Sacris. BASNAGIUS dans l' Hiſtoire des Juifs lib. VII. c. 7. §. 3. ſeq. Confer diſſertationem noſtram de Scholis Publicis, quas antiqui Judæi tradito ita a Majoribus more prope a lacuum, amnium & fluviorum crepidinibus, ripis & litoribus exſtruxiſſe perhibentur, cap. I. §. 6. Nec omittendum eſt III illud HECATAEI MILESII mendacium de *Pontifice Maximo Hebræorum, tanquam ſummo in rebus civilibus judice,* hunc in modum differentis: καὶ τὴν τῶν νόμων καὶ τῶν ἐθῶν φυλακὴν τούτοις (ἱερεῦσι) ἐπέτρεψε. Δι᾽ ὃ καὶ βασιλέα μὲν μηδέποτε τῶν Ἰουδαίων, τὴν δὲ τοῦ πλήθους προστασίαν δίδοσθαι διὰ παντὸς τῷ δοκοῦντι τῶν ἱερέων φρονήσει καὶ ἀρετῇ προέχειν. Τοῦτον προσαγορεύουσιν Ἀρχιερέα καὶ νομίζουσιν αὐτοῖς ἄγγελον γίνεσθαι τῶν τοῦ Θεοῦ προσταγμάτων *legum atque morum cuſtodiam ſacerdotibus permiſit. Unde eveniebat, Regem quidem apud Judæos non fuiſſe, ſed populo ſemper præfuiſſe aliquem ex Sacerdotibus, qui intelligentia ac virtute præcelleret. Hunc appellant ſummum ſacerdotem ſeu Pontificem, eumque exiſtimant ipſis eſſe mandatorum Dei nuncium.* Hæc ipſa verba

meri-

merito confixit obelis JO. SELDENUS lib. I. de ſucceſſione in Pontificatum Hebræorum c. 13. ſed cum idem putaret, non HECATAEI ſed DIODORI SICULI verba eſſe, graviter erravit.* HERMANNUM quoque CONRINGIUM in eundem errorem cum SELDENO incidiſſe conſtat, cum enim is oraculo divino apud Judæos deficien-

* Hæc ſunt l. c. SELDENI verba: *error quidem ipſe craſſus* (DIODORI ſcilicet) *ſed qualem non mirum eſt imbibiſſe hos ſub Auguſti ævum ſcriptores: etenim hiſtoriam ſacram plane ignorantes*, veterem Hebræorum Politiam *ex ea quæ tunc noviſſima fuerat, nempe tum* Haſmonæorum regno, *tum* archieratici generis *ſub Romanis* præfectura, *æſtimabant. Neque ſane ante* Haſmonæorum res, *Ebræorum nomen ac politiam apud Græcos aut Latinos adeo claruiſſe comperimus: tunc vero ex legationibus, foederibus, rebusque bellicis, utrisque haud parum Ebræi innotuere, quod ex Maccabaicis & JOSEPHO ſatis liquet.* Hæc SELDENUS, ſed non opus erat illis ambagibus, cum non tam DIODORUS quam ipſe HECATAEUS longe antiquior ſcriptor ad examen vocandus eſſet. Ceterum quæ SELDENUS de *politia Hebræorum tempore Haſmonæorum* dixit, paulo luculentius expoſuit JO. BRAUNIUS in diſputatione Theol. de ceſſatione oraculi per Urim & Thummim §. 10. unde excerpta dedimus Tomo noſtro II. der Erörterung der dunckelſten Schrifft-Stellen des A. T. p. 568. cum *triſte admodum vaticinium Ezechielis* XXI, 25. 26. *in Haſmonæos* ſuſcepiſſemus illuſtrandum.

ciente, quædam contra infallibilitatem Pontificis Maximi differere conſtituiſſet, verba itidem DIODORI pro HECATAEI verbis accepit. ** Sed ad rem ipſam veniamus; & certum quidem eſt præter SELDENUM etiam CONRINGIUM errorem, qui in illis verbis HECATAEI latet, jure meritoque confutare. En CONRINGII verba in exercit. Academica de Republica Ebræorum §. 34. *Non uni* ſummo ſacerdoti *commiſſum eſſe* judicium, *manifeſte utique liquet ex verbis diſertisſimis* Deuter. XVII, 9. 10. 11. *venies ad* ſacerdotes *Levitici generis & ad* Judicem, *qui fuerit illo tempore &c. in hiſce ſane verbis non de una perſona, ſed de multis agi, qui* judicare *debeant, ſole meridiano clarius eſt. Porro illi, qui in ſacris* Judices κατ᾽ ἐξοχὴν *dicuntur, cujusmodi fuere poſt Moyſen, Joſua, Othoniel, Debora, Thola, Jair, Jephtha, Samſon, Samuel, alii etiam ipſi judicarunt totius Iſraëlitici populi difficillima quæque, & tamen tantum abeſt, ut fuerint* ſacerdotes ſummi, *ut ne quidem unico excepto* Samuele *** *Leviti*ca

** Hæc verba ſunt HECATAEI MILESII ἀρχιερέα νομίζȣσιν αὐτοῖς ἄγγελον γίνεσθαι τῶν τȣ̃ Θεȣ̃ προςαγμάτων, quæ CONRINGIUS attulerat.

*** *Samuelem* nonnulli inter *Pontifices* poſuerunt ut

ca fuerint tribu oriundi. *Nusquam præterea legas in monumentis ſacris*, ſummum ſacerdotem ſolum *vel* conſultum *fuiſſe* de jure, *vel* de jure pronunciaſſe: *niſi quod id feciſſe* Eli *ſit veroſimile*, *qui tamen id* Judicis *potius poteſtate*, *qua ſimul forte fuit functus fecit*, *quam* ſacerdotis. Quod ſi hæc CONRINGII verba non arrideant, audiatur JAC. PERIZO-

Chronici Alexandrini auctor & GEORGIUS MONACHUS, qui Achitobo eum ſucceſſiſſe vult. Vide etiam D. AUGUSTINUM contra *Fauſtum* lib. XII. c. 33. & SULPICIUM SEVERUM, ſed error eſt manifeſtus: nam is non ſolum non fuit *Pontifex*, ſed nec Pontificatus jure ordinario capax, aut *ex genere ſacerdotali*, ſed tantum *Levitico*. Scilicet non ex Aaronis poſteris, ſed ex Izharis, Aminadab item dicti, Aaronis patrui nepotibus. Id liquet ex 1. Paralip. VI, 28. atque initio Samuëlis, ubi atavus ejus Zuph Ephraites, domicilii non ſanguinis ratione nuncupatur, ut Magiſtri ibi & JONATHAN Paraphraſtes. Sed DIONYSIUS PETAVIUS lib. de doctrina tempor. X. c. 48. extra ordinem a Deo conſtitutum *Samuelem Pontificem* exiſtimat. Atque *Pontificios*, qui dignitatem *Pontificialem regiæ anteferendam* diſputant, *Samuelem Pontificem* velle, novum non eſt. Scilicet ex ejusdem in Saule ungendo functione prærogativam Pontificalem elicere conantur. Vide omnino SELDENUM lib. I. de ſucceſſ. in Pontificat. Ebræor. c. 3. Interim alii credunt Samuelem, ut Prophetam vocatione extraordinaria ſacerdotio ordinario præfectum fuiſſe. Vide CLOPPENBURGIUM in Scholæ ſacrif. ſpicilegii Problem. II. & WITSIUM Tom. I. Miſcellan. Sacror. lib. II. diſſert. 2. §. 27. p. 471.

RIZONIUS in notis ad *Æliani* lib. XIV. c. 34. p. 910. *apud Iſraëlitas*, inquit, *ante* Reges *conſtitutos, quando non erat* extraordinarius judex, *quales numerantur libro* Judicum, *tunc* ſummus ſacerdos *judicabat ſimul populum ut patet ex Hiſtoria* Eli, *qui* XL. *annis judicaviſſe Iſraëlem dicitur* 1. Sam. IV, 18. *cui ſucceſſit dein* Samuel *in hoc judicandi munere* (*Vide caput* VII.) *tanquam propheta Dei.* Non longius inde abludit auctor diſſertationis literalis & Criticæ in Pſalmum CX. p. 139. Tom. III. de l'Hiſtoire Critique de la Republique des lettres tant ancienne que moderne. Cum enim is Paganos Scriptores, qui crediderant morem fuiſſe apud *Judæos ut eosdem Reges & ſacerdotes haberent*, confutare ſuſtinuiſſet, hæc addit verba: *car un ſeul homme ne fut jamais Roi & ſacrificateur en même tems parmi ce Peuple. Si le Grand Pontife* Heli *fut revêtu de l'autorité ſupreme* *, *auſſi-bien que le Prophéte* Samuel, *ce ne fut qu'au défaut de* Juges extraordinaires *en Iſraël, tels* qu'

* Quænam fuerit *inter Judices* & *Reges Ebræorum* tum *convenientia* tum *differentia* oſtendit ISAACUS ABARBENEL in præfatione in librum Joſuæ, quam JO. BUXTORFIUS latinitate donatam ſuis diſſertationib. Philol. Theol. p. 450. ſubjecit.

qu'étoient ceux dont il eſt parlé dans le Livre des Juges. Quæ cum ita ſint, paulo conſideratius & cautius judicare debebat C. S. SCHURZFLEISCHIUS in diſſertatione de Jure belli circa Fana & Sepulcra §. 9. cum ita diſſereret de regni ſacerdotiique in una perſona & conciliatione & conſociatione: *refero in exemplum* Aegyptios, *prætereа* Græcos, *imprimis* Athenienſes, *hinc* Cappodoces *aliosque, quibus nihil magis honeſtum quam ſacerdotium & regimen ſociari: ſed inſtruamus hanc operam exemplo* ſanctæ gentis. *Videbimus* Judæos, *unde vel primum auſpicari oportuit, hunc ſervaſſe morem, ſæpe eosdem & tenuiſſe rempublicam & adminiſtraſſe ſacra.* Cur vero Deus *in uno homine ſacerdotium & regnum apud Judæos* noluerit conjungi, ut nunc alias rationes taceam a me alio loco alióve tempore allatas (vide Tomum II. der Erörterung der dunckelſten Schrifft-Stellen des alten Teſtam. p. 567. ſeq.) ſatis luculenter oſtendit JAC. TRIGLANDIUS in diſſertatione de origine & cauſis rituum Moſaicorum. Poſteaquam enim contra SPENCERUM *adverſum utriusque gentis Aegyptiacæ & Ebraicæ regimen* unico tantum ex multis ſpecimine demonſtrare voluerat,

hæc

hæc addit: *apud Aegyptios* rex *fere legebatur teſte* PLUTARCHO lib. de Iſid. & Oſiride *ex* ordine *&* contubernio ſacerdotum, *qui non minus Regibus ſceptro fulgebant.* *Sic* DIODORUS lib. III, p. 145. *Et quod vinum certa modicaque biberent menſura, ut* DIODORO SICULO *ipſi narrarunt* (vide lib. I. p. 64. C.) *ejus cauſam reddit* HECATAEUS, *quia erant* ſacerdotes. *In Judæa vero Regi thuribulum* (vide 2. Chron. XXVI, 18.) *& ſacerdotibus acceſſus ad thronum regiamque dominationem, eo uſque fuit præcluſus, ut ne agellum quidem in patrimonio licuerit habere* IV. HECATAEI MILESII mendacium merito notamus, cum dicit *Judæos ita Pontifici obtemperare, ut ſtatim eo loquente, cadentes in terram adorent.* In originem hujus mendacii inquirit ISAACUS JAQUELOTUS dans les diſſertations ſur l'Exiſtence de Dieu p. 493. En ejus verba: *Quoi-qu'il en ſoit les Etrangers n'ignoroient pas la cérémonie de la fête des expiations, ou le Souverain Sacrificateur revêtoit avec beaucoup de ſolemnité les habits Pontificaux pour entrer dans le Sanctuaire. Le Peuple etoit proſterne pendant qu'il faiſoit une priére, pour envoyer le bouc in déſert: de ſorte que les Payens, qui n'avoient que très*

peu

peu de connoiſſance de cette religion, crurent que les Juifs adoroient leur Pontife. Addat jam aut demat eruditus Lector huic JAQUELOTI conjecturæ fidem, per nos licet, ægre tamen ferimus a JAQUELOTO DIODORUM pro HECATAEO ſurrogari. Sunt adhuc *plura* HECATAEI noſtri MILESII *de rebus Judæorum* differentis *mendacia* vel nugis canoris, vel *fabulis Mileſiis* quam ſimillima, ſed, uti Chriſtianorum nemo erit tam hebeti obtuſoque ingenio, ut me indicente, ea perſpicere & reſpicere nequeat, (conſtat enim ſacris literis ſua fides veritasque) ita nunquam paratus ero credere, quicquid *Græcia mendax audet in Hiſtoria*, ſive profana illa ſit, ſive ſacra, ad quam nunc præcipue reſpicimus. Interim cum HECATAEUS MILESIUS ita mentiatur, ut ſubinde veris falſa remiſceat, cogitavimus, quod Poëta ait, *ex fumo dare lucem.*

§. VI. Atque hæc *de editione Eclogarum* HECATAEI utriusque ABDERITAE & MILESII *præfanda* habuimus. Tantum autem abeſt, ut bona ſcæva nobis ſit illud Poëtæ:

Hic meret æra liber Soſiis hic & mare tranſit,
Et longum noto ſcriptori prorogat ævum,


ut potius, quod Chriſtianos quam maxime decet,

decet, *multo meliorem votorum ſummam* faciamus. Faxit Deus immortalis, ut & noſtræ & aliorum omnium, qui in iisdem literis excolendis deſudant, lucubrationes, ad Sanctiſſimi Nominis ſui gloriam, Eccleſiæ purioris ædificationem, & noſtram omnium ſalutem ſemper dirigantur, ut decurſo vitæ munerisque curriculo, *Hieroſolymam ſuperiorem* ingrediamur, ubi perpetuo *decurrunt albusque dies, horæque ſerenæ.* Γένοιτο, γένοιτο.

SEDINI A. OR. CIƆIƆCCXXX.
Ipſis Calendis Februarii.




p:98. lin.4.




REL.



p:120. lin.25.


Forma lÿchnuchi
ex ספר יוסף דעה
ex באורי מהרן
p: 121. lin. 23
p: 121. lin. 26.



HECATÆI ABDERITÆ
FRAGMENTA LIBRI DE JUDÆIS.

Uti exſtant apud JOSEPHUM lib. I. contra Apionem, §. XXII. ex editione HAVERCAMPII, itemque apud EUSEBIUM de præparat. Evang. lib. IX. c. IV. inter ſe erant conferenda.

Numeri textui Græco inſerti denotant COMMENTARII noſtri paginas.

Ἑκαταῖος ὁ Ἀβδηρίτης 1.) ἀνὴρ φιλόσοφος ἅμα καὶ περὶ τὰς πράξεις ἱκανώτατος, Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ συνακμάσας, καὶ Πτολεμαίῳ τῷ a) Λάγου συγγενόμενος, 5.) οὐ παρέργως, ἀλλὰ περὶ αὐτῶν Ἰουδαίων 6.) συγγέγραφε βιβλίον, ἐξ οὗ βούλομαι κεφαλαιωδῶς ἐπιδραμεῖν ἔνια τῶν εἰρη-

Hecatæus Abderita, vir non modo philoſophus, ſed etiam rebus gerendis aptiſſimus, Alexandri Regis æqualis, cum quo etiam floruit, & poſtea cum Ptolemæo Lagi converſatus, non obiter, ſed *integrum* de Judæis ipſis librum conſcripſit, ex quo volo ſummatim quædam

e μένων

a) Λάγῳ & mox Λάγος in *Cod. El.*

μένων· καὶ πρῶτον ἐπιδείξω τὸν χρόνον· μνημονεύει γὰρ τῆς Πτολεμαίου περὶ Γάζαν πρὸς Δημήτριον μάχης· αὕτη δὲ γέγονεν ἐνδεκάτῳ μὲν ἔτει τῆς Αλεξάνδρου τελευτῆς, ἐπὶ δὲ Ολυμπιάδος ἑβδόμης καὶ δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς, ὡς ἱστορεῖ Κάστωρ· προσθεὶς γὰρ ταύτην τὴν Ολυμπιάδα φησὶν, „ἐπὶ ταύ„της Πτολεμαῖος b) ὁ Λά„γου ἐνίκα κατὰ Γάζαν „μάχῃ Δημήτριον τὸν Αν„τιγόνου, τὸν ἐπικληθέντα „πολιορκητήν.“ Αλέξανδρον δὲ τεθνάναι 8) πάντες ὁμολογοῦσιν ἐπὶ τῆς ἑκατοστῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης Ολυμπιάδος· δῆλον οὖν ὅτι καὶ κατ' ἐκεῖνον, καὶ κατὰ Αλέξανδρον ἤκμαζεν ἡμῶν τὸ ἔθνος. 9.) λέγει τοίνυν ὁ Εκαταῖος πάλιν

eorum, quæ ab eo ſunt dicta, percurrere: primumque tempus oſtendam. Meminit enim prælii, quo circa Gazam conflixit Ptolemæus cum Demetrio: illud vero contigit undecimo quidem anno a morte Alexandri, Olympiade vero CXVII. ſicut narrat *Caſtor*. Appoſita enim hac Olympiade dicit, „ſub hoc Ptolemæus „Lagi circa Gazam „prælio ſuperavit De„metrium Antigoni, „qui vocabatur Po„liorcetes.“ Alexandrum vero agnoſcunt univerſi Olympiade CXIV. e vita exceſſiſſe. Palam ergo eſt, quod illius tempore, & ſub Alexandro gens noſtra floruerit. Quare & Hecatæus inſuper di-

τάδε·

b) ὁ Λαγὸς *Haſn.*

τάδε· „ὅτι μετὰ τὴν ἐν „Γάζῃ μάχην ὁ Πτολε„μαῖος ἐγένετο τῶν ἐπὶ „Συρίαν τόπων ἐγκρατής· „ϗ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων „πυνθανόμενοι τὴν ἠπιό„τητα ϗ φιλανθρωπίαν „τȣ̃ Πτολεμαίȣ, συνα„παίρειν εἰς Αἴγυπτον αὐ„τῷ. 9.) ϗ κοινωνεῖν τῶν „πραγμάτων ἠβȣλήθη„σαν· ὧν εἷς ἦν, φησὶν. „Ἐζεκίας c) ὁ ἀρχιερεὺς „τῶν Ἰȣδαίων, 13.) ἄνθρω„πος τὴν μὲν ἡλικίαν ὡς „ἑξηκονταέξ ἐτῶν τῷ δ' „ἀξιώματι τῷ παρὰ τοῖς „ὁμοέθνοις μέγας, ϗ τὴν „ψυχὴν ȣ̓κ ἀνόητος, ἔτι δὲ „ϗ λέγειν δυνατὸς, ϗ d) „τοῖς περὶ τῶν πραγμά„των, εἴπερ τις ἄλλος, „ἔμπειρος· καί τοι, φησὶν,

cit, ſcilicet „Ptolemæ„um poſt prælium ad „Gazam locorum in „Syria factum eſſe „compotem ; ma„gnumque hominum „numerum, cognita „Ptolemæi manſuetu„dine & clementia, „cum eo profectum „eſſe ad Aegyptum, „eo animo, ut rerum „*illic* gerendarum par„ticipes fierent : quo„rum unus, inquit, erat „Ezecias Pontifex Ju„dæorum: homo ætate „quidem quaſi anno„rum LXVI. dignitate „vero apud populares „ſuos magnus, & ani„mi ſapientia non me„diocri & dicendi fa„cultate pollens, &, ſi „quis alius, rerum pe-

c) Secundanus fortaſſe Pontifex, nam ſummus tum erat Onias I. USSERIUS ad annum mundi 3693.

d) Illa τοῖς περὶ commode abeſſe poſſunt.

„οἱ πάντες ἱερεῖς τῶν Ἰου-
„δαίων, οἱ τὴν δεκάτην
„τῶν γινομένων λαμβά-
„νοντες, 17.) ϗ τὰ κοινὰ
„διοικοῦντες, περὶ χιλίους
„μάλιστα ϗ πεντακοσίους
„εἰσίν.“ πάλιν δὲ τοῦ προ-
ειρημένου μνημονεύων ἀν-
δρὸς, „οὗτος, φησὶν, ὁ ἄν-
„θρωπος τετευχὼς τῆς τι-
„μῆς ταύτης, ϗ συνήθης
„ἡμῖν γενόμενος, παρα-
„λαβών e) τινας τῶν
„μεθ᾽ ἑαυτοῦ, τὴν διαφο-
„ρὰν ἀνέγνω πᾶσαν αὐ-
„τοῖς, εἶχε γὰρ τὴν κατοί-
„κησιν αὐτῶν ϗ τὴν πολι-
„τείαν γεγραμμένην.“ εἶ-
τα Ἑκαταῖος δηλοῖ πάλιν
πῶς ἔχομεν πρὸς τοὺς νό-
μους „ὅτι πάντα πάσχειν
„ὑπὲρ τοῦ μὴ παραβῆναι
„τούτους προαιρούμεθα, κα-
„λὸν εἶναι νομίζοντες· τοι-
„γαροῦν, φησὶ, ϗ κακῶς
„ἀκούοντες ὑπὸ τῶν ἀστυ-

„ritus: quanquam, *ut*
„ait, omnes Judæorum
„ſacerdotes, qui deci-
„mas in lucem edito-
„rum accipiunt, & res
„in communi poſitas
„adminiſtrant, mille
„omnes & quingenti
„ſint.“ Rurſus autem
viri jam laudati men-
tionem faciens, “hic,
„inquit, homo hunc
„honorem aſſecutus,
„factusque nobis fa-
„miliaris, ubi quos-
„dam e ſuis acceperat,
„differentiam omnem
„illis expoſuit, & habi-
„tationem eorum &
„civilem rationem,
„quam ſcriptam habe-
„bat, pariter indicavit.
Deinde palam facit
Hecatæus, erga leges
qualiter noſmet habe-
mus: quodque omnia
pati malimus, quam
contra illas facere, hoc

„γει-

e) Ita in MSS. τινα in editis.

„γειτόνων, 20.) ϗ τῶν ἐκσαφικνουμένων πάντων, 22.) ϗ προπηλακιζόμενοι πολλάκις ὑπὸ τῶν Περσικῶν βασιλέων ϗ σατραπῶν, 24.) οὐ δύνανται μεταπεισθῆναι τῇ διανοίᾳ, ἀλλὰ γεγυμνωμένως περὶ τούτων ϗ αἰκίαις ϗ θανάτοις δεινοτάτοις μάλιστα πάντων ἀπαντῶσι, μὴ ἀρνούμενοι τὰ πατρῷα," 30.) παρέχεται δὲ ϗ τεκμήρια τῆς ἰσχυρογνωμοσύνης τῆς περὶ τῶν νόμων οὐκ ὀλίγα. Φησὶ γὰρ „Ἀλεξάνδρου ποτὲ ἐν Βαβυλῶνι γενομένου ϗ προελομένου τὸ τοῦ Βήλου 31.) πεπτωκὸς ἱερὸν, 37.) ἀνακαθᾶραι, ϗ πᾶσιν αὐτοῦ τοῖς στρατιώταις ὁμοίως φέρειν τὸν χοῦν προστάξαντος, μόνους τοὺς Ἰουδαίους οὐ προσχεῖν 42.) ἀλλὰ ϗ πολλὰς ὑπομεῖναι πληγὰς,

pulchrum eſſe perſuaſum habentes. „Quare, inquit, quanquam „& maledictis impeti „ſolent a vicinis adverſisque, & injurioſe ſæpe tractati „ſunt a Perſicis Regibus & ſatrapis, „non poſſunt a ſententia deduci, ſed pro ea „maxime omnium „forti animo omne „genus cruciatus, ſævisſimasque mortes „ſubeunt, nec adduci „poſſunt, ut patria inſtituta abdicent." Quin & indicia perhibet non exigua animi eorum propoſiti tenacis & validi circa legem obſervandam. Dicit enim „cum aliquando apud Babylonem eſſet Alexander, & vellet is Beli templum quod conciderat, reponere & omnibus militibus

„ ϗ

„ϗ ζημίας ἀποτῖσαι με-
„γάλας, ἕως αὐτοῖς συγ-
„γνόντα τὸν βασιλέα δοῦ-
„ναι τὴν ἄδειαν· f) τῶν
„γε μὴν τῶν εἰς τὴν χώ-
„ραν, φησὶ, πρὸς αὐτοὺς
„ἀφικνουμένων, ϗ νεὼς ϗ
„βωμοὺς κατασκευασάν-
„των, ἅπαντα ταῦτα κα-
„τέσκαπτον· ϗ τῶν μὲν
„ζημίαν τοῖς σατράπαις
„ἐξέτεινον, περί τινων δὲ
„ϗ συγγνώμης μετελάμ-

„præcepiſſet, humum
„aggerere, ſolos Ju-
„dæos non opitulatos,
„imo & verbera &
„mulctas graves per-
„tuliſſe, donec rex eis
„ignoſcens laboris ta-
„lis gratiam fecit.
„Qui cum in regio-
„nem, inquit, ad ſuos
„reverſi fuiſſent, &
„templa & altaria ex-
„ſtruxiſſent, iſta omnia
„diruerunt; & pro
„βα-

f) *Επει γε μην Big.* & *El.* forſan legendum *τῶν γε μην ϛρατιωτῶν* & mox *πρὸς αὐτοὺς*. HUDSON. *Hafn.* quoque habet *ἐπεὶ γε μην* &c. quod magis placet quam bis repetitum *τῶν*; niſi forte totus locus & aliter eſt conſtituendus & vertendus; ut legas *τῶν γε Μακεδόνων εἰς τὴν χωρ. φ. πρὸς αὐτοὺς* &c. i. e. *cum vero etiam Macedones in illorum veniſſent regionem, ibique* &c. ut ita innuat ſucceſſores Alexandri, quos mox ſatrapas vocat, qui tale quid patrare auſi fuerint in Judæa. Facilis eſt lapſus in ΜΗΝ ΓΕ ΤΩΝ ex vetuſtiori ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. Præterea Judæi id circa Tyrum facere non potuerunt, ſed potius in ſua alicubi terra. HAVERCAMP.

„βανον.“ προσεπιτίθησιν, „ὅτι δίκαιον ἐπὶ τούτοις αὐτοὺς ἐστι θαυμάζειν.“ λέγει δὲ ϰ περὶ τοῦ πολυανθρωπότατον γεγονέναι ἡμῶν τὸ ἔθνος 45.) „πολλὰς μὲν γὰρ ἡμῶν φησιν ἀνασπάστους εἰς Βαβυλῶνα 48.) Πέρσαι πρότερον αὐτῶν ἐποίησαν μυριάδας· οὐκ ὀλίγαι δὲ ϰ μετὰ τὸν Ἀλεξάνδρου θάνατον εἰς Αἴγυπτον ϰ Φοινίκην μετέστησαν, διὰ τὴν ἐν Συρίᾳ στάσιν, 52.) ὁ δέ αὐτὸς οὗτος ἀνὴρ 57.) ϰ τὸ μέγεθος τῆς χώρας, ἣν κατοικοῦμεν, ϰ τὸ κάλλος ἱστόρηκε. 57.) g) „τριακοσίας γὰρ μυριάδας h)

„aliis quidem multam Satrapis exſolvere, pro aliis vero veniam conſecuti ſunt.“ Et præterea adjicit, quod merito ob hæc admirationem habent. „Atque inſuper memorat, gentem noſtram populo maxime abundaſſe“ nam multas noſtrorum, inquit, myriadas e ſedibus ſuis primum abduxerunt Perſæ: non paucæ autem etiam poſt obitum Alexandri in Aegyptum & Phœnicen migrarunt, propter ſeditionem in Syria factam. „Hic idem vir & magnitudinem regionis,

g) Conf. Antiquit. lib. XII. c. 2. §. 3. *Julian.* Imp. Epiſt. 25. τὰς ἀρούρας δὲ τὰς ἑκατονταπλέθρους, de Aegyptiis *Herodotus* lib. II. c. 168. ἡ δὲ ἄρουρα ἑκατὸν πήχεων πὰρ' Αἰγυπτίοις πέντε. SPANHEIM.

h) Arura menſura eſt apud Græcos quinquaginta

ἀρουρῶν 58.) σχεδὸν 58.) τῆς ἀρίστης καὶ παμφορωτά-„της χώρας 58.) νέμονται, „φησίν· ἡ καὶ Ἰουδαία i) το-„σαύτη πλατος ἐστιν.“ ἀλλὰ μὴν ὅτι καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν τα Ἱεροσόλυμα καλλίστην τε καὶ μεγίστην ἐκ παλαιοτάτου k) κατοικουμένην, καὶ περὶ πλήθους ἀνδρῶν, καὶ περὶ τῆς τοῦ νεὼ κατασκευῆς, οὕτως αὐτὸς διηγεῖται. „ἔστι γὰρ τῶν Ἰου-„δαίων τὰ μὲν πολλὰ „ὀχυρώματα 79.) κατὰ „τὴν χώραν καὶ κώμαι „80.) μία δὲ πόλις ὀχυ-„ρὰ 81.) πεντήκοντα μά-„λιστα σταδίων τὴν περί-„μετρον, 82.) ἣν οἰκοῦσι „μεν

„quam incolimus, & „pulchritudinem pro-„didit, ad tricies, in-„quit, centena millia „arurarum habitant „optimi fere & fera-„ciſſimi ſoli. Judæa „namque hujus eſt am-„plitudinis.“ Imo & urbem eandem Hieroſolyma, pulcherrimam & maximam ex multis retro ſeculis habitari, & de virorum multitudine, & de templi exſtructione, idem ipſe ſic refert: „ſunt au-„tem Judæorum ca-„ſtella multa & vici „per regionem ſparſi: „una autem urbs mu-

pedes capiens id eſt octo ulnas & trientem, vel paſſus decem, ita ut ulnam pro ſenis pedibus & paſſum pro quinis accipiamus. BUDÆUS.

i) Ita lego ex vet. interpr. ſi quis cum Cl. LOWTHIO malit τοσούτου πλάτους per me licet.

k) Ita reſtitui ex Hafn. Neque poterat JOSEPHUS deſtructa jam urbe, dicere κατοικούμεν ſed bene κατοικουμένην.

„μεν ἀνθρώπων περὶ δώδεκα μυριάδες 82.) καλȣ̃σι δ' αὐτὴν Ιεροσόλυμα 86.) ἐνταῦθα δ' ἐςι κατὰ μέσον μάλιςα τῆς πόλεως 101.) περίβολος λίθινος, 104.) μῆκος ὡς πενταπλεθρος, εὖρος δὲ πηχῶν ἑκατὸν, ἔχων διπλᾶς πύλας. 104.) ἐν ᾧ βωμὸς 105.) ἐςι τετράγωνος 107.) l) ȣ̓κ ἐκτμητῶν 108.) ἀλλ' ἐκσυλλέκτων ἀργῶν λίθων, 111.) ȣ̃τω συγκείμενος. m) Πλευρὰν μὲν ἑκάςην εἴκοσι πηχῶν,

„nita, ambitu ferme „L. ſtadiorum, quam „incolunt quidem hominum circiter centum & viginti millia: „iſtam vero Hieroſolyma vocant: illic autem in meditullio ſcilicet urbis ſeptum eſt „lapideum, quinque „fere jugerum longitudinis, latitudinis cubitorum centum, portas habens geminas. „Ibidem altare quadratum, ex impolitorum & candidorum lapidum coagmentatione confla-

l) *Ex lapidibus non dolatis, ſed collectis* juxta *vet. interpr.* ατμητων αργων λίθων apud *Euſebium* & Codd. MSS. unde pro εκ των αργων repoſui εκ συλλεκτων αργῶν λίθων. Confer Deuteron. XXVI. 5. HUDSON. Veram hanc eſſe conjecturam apparet ex *Cod. Hafn.* in quo ita legitur τετραγωνος ατμητων συλλεκτων αργων &c. HAVERCAMP. Confer *Joſephum* de Bello Judaico lib. V. c. 5. §. 6. SPANHEIM.

m) Ita ex *Euſebio* & MSS. prius erat, πλευρὰ μὲν ἑκάςη.

„112.) ὕψος δὲ δεκάπηχυ. „καὶ παρ' αὐτὸν οἴκημα μέ- „γα, 114.) οὐ βωμός ἐστι „115.) καὶ λυχνίον, 119.) „ἀμφότερα χρυσᾶ, 127.) „δύο τάλαντα τὴν ὁλκήν· „131.) ἐπὶ τούτων φῶς „ἐστιν ἀναπόσβεστον καὶ τὰς „νύκτας καὶ τὰς ἡμέρας· „132.) ἄγαλμα δὲ οὐκ „ἐστιν 147.) οὐδὲ ἀνάθη- „μα τὸ παράπαν 157.) „οὐδὲ φύτευμα παντελῶς „οὐδὲν, οἷον ἀλσῶδες ἢ τὶ „τοιοῦτον· 160.) διατρί- „βουσι δ' ἐν αὐτῷ καὶ τὰς „νύκτας, καὶ τὰς ἡμέρας „ἱερεῖς, 169.) ἁγνείας τι- „νὰς ἁγνεύοντες, 170.) „καὶ τὸ παράπαν οἶνον „οὐ πίνοντες n) ἐν τῷ ἱερῷ· „172.) ἔτι γε μὴν ὅτι καὶ „Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ „συνεστρατεύομεν, καὶ μετὰ „ταῦτα τοῖς διαδόχοις αὐ-

„tum; cujus latera „ſingula viginti cubi- „torum ſunt, altitudo „vero duodecim: & „præter hoc altare, in- „gens tabernaculum „eſt, quo & ara & lych- „nuchus continentur, „utrumque aureum, „pondus talentorum „duûm: inſuper au- „tem lumen inexſtin- „ctum dies noctesque „continenter ardet. „Nullum ibi ſimula- „crum, donarium om- „nino nullum, adeo- „que nec planta, nec „lucus, nec aliud quid- „quam ejusmodi. Sa- „cerdotes in eo, noctu „pariter atque interdiu „aſſidui, certis quibus- „dam expiationibus „dant operam, quos in „templo vinum omni- „no guſtare nefas. Sed præterea teſtis eſt, mi-

„τοῦ,

MICH. 6. CS. 5. . . V. . d. . .

n) Οἶον *Hafn.*

„τῦ, 177.) μεμαρτύρηκεν· οἷς αὐτὸς παρατυχεῖν φησὶν ὑπ᾽ ἀνδρὸς Ιϐδαίϐ κατὰ τὴν ςρατείαν γενομένοις, τῦτο παραθήσομαι· λέγει δ᾽ ὕτως. „ἐμῦ γῦν ἐπὶ τὴν Ερυθρὰν „θάλασσαν 178.) βαδί„ζοντος, συνηκολύθει τὶς „μέτα τῶν ἄλλων τῶν πα„ραπεμπόντων ἡμᾶς ἱπ„πέων Ιϐδαίων, ὄνομα o) „Μοσόλλαμος, 178.) ἄν„θρωπος ἱκανὸς κατὰ „ψυχὴν, εὔρωςος, ϗ το„ξότης ὑπὸ δὴ πάντων ὁ„μολογύμενος, ϗ τῶν Ελ„λήνων καὶ τῶν βαρβά„ρων ἄριςος 179.) ὗτος „ὖν ὁ ἄνθρωπος διαβαδι„ζόντων πολλῶν κατὰ „τὴν ὁδὸν, ϗ μάντεώς τι„νος 180.) ὀρνιθευομένϐ „p) καὶ πάντας ἐπισχεῖν

litaſſe nos cum Alexandro & poſtea ejus cum ſucceſſoribus. Subjiciam illud ex iis, quibus ipſe ſe interfuiſſe dicit, ab homine quodam Judæo geſtum in expeditione. Ita enim rem narrat: „cum proficiſcerer ad „mare rubrum, una „cum aliis equitibus „Judæis, quos itineris „duces habebamus, u„nus eorum aliquis „comitabatur, nomine „Moſollamus, vir „cum animi magnitu„dine, tum corporis „robore non vulgari, „idemque ſagittarius „omnium tam Græ„corum quam barba„rorum confeſſione „peritisſimus, Is igi„tur homo, cum uni-

„ἀξι-

o) Μοσόμανος vel Μοσάμαμος apud *Euſebium*; Μοσόλαμος *Haſn.*

p) Vate auguria captante. SPANHEIM.

„ἀξιοῦντος, ἠρώτησε διὰ τί
„προσμένουσι· δείξαντος
„δὲ τοῦ μάντεως αὐτῷ q)
„τὴν ὄρνιθα, καὶ φήσαν-
„τος, ἐὰν μὲν αὐτοῦ μένῃ,
„προσμένειν συμφέρει
„πᾶσιν, ἂν δ᾽ ἀναστὰς εἰς
„τοὔμπροσθεν πέτηται
„προάγειν, ἐὰν δὲ εἰς τοὐ-
„πισθεν r) ἀναχωρεῖν
„αὖθις, σιωπήσας, καὶ
„παρελκύσας τὸ τόξον
„ἔβαλε, καὶ τὸν ὄρνιθα
„πατάξας ἀπέκτεινεν.
„ἀγανακτούντων δὲ τοῦ
„μάντεως, καί τινων ἄλ-
„λων, καὶ καταρωμένων
„αὐτῷ, τί μαίνεσθε, ἔφη,
„κακοδαιμονέστατον ὄρνι-
„θα s) λαβόντες εἰς τὰς
„χεῖ-

„verſa multitudo iter
„illud agerent, & va-
„tes quidam augu-
„rium captaret, pete-
„retque, ut cuncti ſta-
„rent, interrogavit,
„quorſum ſubſtitiſſent.
„Cum autem augur
„avem ei oſtendiſſet,
„ſimulque dixiſſet, ſi-
„quidem ibi reſideret
„avis, omnibus *etiam*
„ut eo in loco mane-
„rent, expedire; ſin
„protinus volando
„contenderet, porro
„pergerent ipſi, quo-
„que, ſin denique re-
„tro, retro ſimiliter
„illi redirent. *Ju-
„dæus* nihil contra, ſed
„intento arcu jacula-

q) *Euſebius* habet τὴν ὄρνιθα.

r) Ita diſtinxi cum *Euſebio:* antea ἀναχωρεῖν, αὖ-
θις (pro quo legendum conjicit ANTON. van
DALEN de idololatria p. 393.) σιωπήσας.

s) Κακοδαιμόνες, εἶτα τὴν ὄρνιθα λαβὼν εἰς τὰς
χεῖρας; *Euſeb.* τί μαίνεσθε, κακοδαιμονέστατον

„χεῖρας; πῶς γὰρ οὗτος, „τὴν αὐτοῦ σωτηρίαν οὐ προ- „ϊδὼν περὶ τῆς ἡμετέρας „πορείας ἡμῖν ἄντι ὑγιὲς „ἀπήγγελλεν; εἰ γὰρ ἠδύ- „νατο προγινώσκειν τὸ μέλ- „λον, εἰς τὸν τόπον τοῦτον „οὐκ ἂν ἦλθε, φοβούμενος „μὴ τοξεύσας αὐτὸν ἀποκ- „τείνῃ Μοσόλλαμος Ἰου- „δαῖος." ἀλλὰ τῶν μὲν Ἑκαταίου μαρτυρῶν ἅλις· τοῖς γὰρ βουλομένοις πλείω μαθεῖν, τῷ βιβλίῳ ῥᾴδιόν ἐστιν ἐντυχεῖν.

„tur, avemque confi- „xam peremit. Hic „augure, aliisque non- „nullis graviter indi- „gnantibus, ipſique „una diras imprecanti- „bus. Quid, inquit, „usque adeo furitis „*hac de re* infauſtiſſi- „mam avem in manus „ſumentes? Quomo- „do iſta, *inquit*, quæ „vitæ ipſa ſuæ provi- „dere non potuit, ſani „quidquam de ſuſce- „pto a nobis itinere „prænunciare valuit? „Enimvero ſi præ- „noſſe futurum potu- „iſſet, nunquam *uti-* „*que* hunc in locum „veniſſet, præ metu ne „Moſollami Judæi ſa- „gittis confixa more- „retur." Verum te- ſtimo-

ὄρνιθα λαβόντες εἰς τὰς χεῖρας; *quid furitis, inquit, ex infelicisſima ave fatalia captantes?* ex conjectura PETITI in animadverſ. ἀνεκδότοις Tom. IV. p. 5.

ſtimoniorum ex Hecatæo ſatis *habuimus*: nam quibus in animo eſt plura cognoſcere, facile eſt librum ipſum adire.

Aliud HECATÆI fragmentum apud eundem JOSEPHUM lib. II. contra Apionem §. 4.

Οὐ γὰρ ἀπορίᾳ γε τῶν οἰκησάντων τὴν μετὰ σπουδῆς ὑπ' αὐτοῦ πόλιν κτιζομένην, 181.) Ἀλέξανδρος τῶν ἡμετέρων τινὰς ἐκεῖ συνήθροισεν· ἀλλὰ πάντας δοκιμάζων ἐπιμελῶς ἀρετῆς καὶ πίστεως τοῦτο τοῖς ἡμετέροις τὸ γέρας ἔδωκεν „ἐτίμα γὰρ ἡμῶν τὸ ἔθνος, „ὥς καὶ φησιν Ἑκαταῖος „περὶ ἡμῶν, ὅτι διὰ τὴν „ἐπιείκειαν καὶ πίστιν, ἣν „αὐτῷ παρέσχον Ἰουδαῖοι „τὴν Σαμαρεῖτιν χώραν „προσέθηκεν 184.) ἔχειν „αὐτοῖς ἀφορολόγητον.“

Non enim Alexander propter inopiam habitatorum civitatis, Alexandriæ, quam ſtudioſe ædificabat, noſtrorum aliquos illic congregavit: ſed omnes probitatis ergo & fidei probe perſpectos & exploratos habens, hoc præmium noſtris tribuit. „Noſtram enim gentem „honorabat, ut etiam „de nobis dicit He„catæus, quod propter „probitatem atque fi„dem, quam ei, præbuere

„buere Judæi, regionem Samaritidem ab „omni tributo liberam, ab iis inſuper teneri voluerit.“

Aliud HECATÆI fragmentum in DEMETRII PHALEREI Epiſtola ad Ptolemæum de libris Judæorum deſcribendis apud ARISTEAM in Hiſtoria LXXII. interpretum.

Διὸ πόῤῥω γεγόνασιν ὅιτε συγγραφεῖς καὶ ποιηταὶ, ϗ τὸ τῶν ἱϛορικῶν πλῆθος, τῆς ἐπιμνήσεως τῶν προειρημένων βιβλίων, καὶ τῶν κατ' αὐτὰ ἀπεπολιτευμένων καὶ πολιτευομένων ἀνδρῶν, διὰ τὸ ἁγνήν τινα καὶ σεμνὴν εἶναι τὴν ἐν τούτοις θεωρίαν, ὥς φησιν Εκαταῖος ὁ Αβδηρίτης. 186.)

Hinc cum alii Scriptores & Poëtæ, tum Hiſtorici omnes abſtinuerunt a mentione & librorum iſtorum, & virorum illorum, qui ſecundum leges has adminiſtrarunt & adminiſtrant Rempublicam; quia ut Hecatæus Abderites aſſerit, plane ſanctam quandam & venerandam contineant in ſe ſententiam & contemplationem.

Idem

Idem Fragmentum a JOSEPHO in Epitome ARISTEÆ, quæ lib. XII. antiquitatum c. II. §. III. occurrit, in hunc modum concinnatur:

Τὴν νομοθεσίαν φιλοσοφωτέραν ϗ ἀκέραιον εἶναι συμβέβηκεν, ὡς ἂν οὖσαν θεοῦ. Διὸ ϗ τοὺς ποιητὰς καὶ συγγραφεῖς τῶν ἱϛοριῶν οὐκ ἐμνησθῆναι φησὶν Εκαταῖος ὁ Αβδηρίτης, οὐδὲ τῶν κατ᾽ αὐτὴν πολιτευσαμένων ἀνδρῶν, ὡς ἁγνῆς οὔϛης, καὶ μὴ δέον αὐτὴν βεβήλοις ϛόμασι διασαφεῖσθαι. 194.)

Ita comparata eſt ea legislatio, ut altioris cujusdam ſapientiæ & ſinceriſſimæ integritatis plena ſit, utpote a Deo profecta. Quare nec poetæ, nec qui Hiſtorias conſcripſere, ejus meminerunt, quemadmodnm Hecatæus Abderita teſtatur, adeoque nec hominum illorum, qui ex ejus præceptis vitam inſtituerunt, quod caſta eſſet & *auguſta* & profano ore & *ſermone* exponi non oporteret.

Sequitur nunc COMMENTARIUS PERPETUUS in hæc Fragmenta.

Ἑκαταῖος ὁ Ἀβδηρίτης] Cum DAVID BLONDELLUS * de JOSEPHO male exiſtimet, perſuaſus eundem in contextu hiſtoriæ ſuæ HECATÆUM quam S. Scripturam ſequi maluiſſe, perlecto *hoc noſtro Commentario* dijudicabit eruditus lector, verumne an falſum dixerit BLONDELLUS. Certe ANDREAS FRANCKENBERGERUS, Profeſſor olim Vitembergenſis, tantopere a JO. MICH. DILHERRO commendatus & laudatus ** inter alia laudat JOSEPHUM, quod HECATÆI quoque teſtimonia libris ſuis inferere ſuſtinuerit. *** Quicquid autem ejus rei erit, de HECATÆI noſtri *patria, fide* & *ſacris* ante omnia differendi locus erit, præcipue cum Celeberrimus JO. ALB. FABRICIUS in Bibliotheca ſua Græca in Hiſtoria HECATÆI conſignanda primas tantum lineas duxerit. *Patriam Hecatæi* deſignat *Joſephus*, cum hunc πρὸς διαςολὴν *Abderitam* appellat. Fuit enim & alius HECATÆUS MILESIUS ipſo HERODOTO vetuſtior, qui ſcripſit ſub

* Apud FABRICIUM Bibliothecæ Græcæ lib. IV. c. 6. §. 4. hæc BLONDELLI verba leguntur: *in contextu Hiſtoriæ ſuæ*, Hellanicum, Hecatæum, *&* Beroſum *magis ſequitur quam Scripturam. Itaque moneo*, Joſephum *cum judicio legendum eſſe; nihil quippe ex eo recipi debet, niſi prius Scripturæ Canonicæ conſentaneum eſſe comperiatur.*

** Vide ejus Tomum I. diſputationum Academ. p. 162. Nam ibidem hujus FRANCKENBERGERI librum de amplitudine & excell. Hiſt. Propheticæ & laudari & commendari videbis.

*** Confer FRANCKENBERGERI Inſtitutiones Antiquitatis & Hiſtoriarum.

ſub Dario Hyſtaſpis filio. Vide PRIDEAUXIUM dans l' Hiſtoire des Juifs & des peuples voiſins depuis la décadence des Royaumes d' Iſraël & de Juda jusqu' à la mort de Jeſus-Chriſt, Tom. II. p. 522. JOSEPHUM SCALIGERUM * & JO. MARSHAMUM in Can. Chron. ſeculo XV, p. 427. quo magis notandus erit memoriæ lapſus in multis, qui confundunt *Hecatæum* noſtrum **, qui fuit ortu & domo *Abderis*, cum *Hecatæo Mileſio*. Cum vero *Hecatæus* noſter a CHRISTOPH. CELLARIO Geographiæ Antiquæ lib. III. c. 3. p. 74. *Teius* appellatur, utrumque illud cognomen facile conciliare poteris. Nam ANACREONTIS ætate Teii non tolerantes Perſarum contumelias, relicta Teo Abderam Thraciæ urbem conceſſerunt; unde dictum manavit: Ἄβδηρα καλὴ Τηΐων ἀποικία, *Abdera pulcra Teiorum colonia*. Sed de *fide* HECATÆI noſtri nunc dicendum erit. Ut enim nunc omittam JO. TOLANDUM & RICHARDUM SIMONIUM, de quibus paulo inferius diſſerendi locus erit, JOSEPHUS SCALIGER in Epiſt. 115. ad *Caſaubonum* docet *Hecatæi* noſtri librum de Judæis ab *Helleniſtis antiquitus confictum fuiſſe*, ORIGENE jam olim ejuſdem ſententiæ auctore. SCALIGERI ſententiam tuetur quoque ANT. van DALEN in diſſertatione ſuper

* In notis ad fragmenta p. 24.

** Vide FABRICIUM Bibliothecæ Græcæ l. c. §. 18. ubi *Scriptores quosdam veteres de rebus Judæorum* jam deperditos recenſet, HUETIUM imitatus, quippe qui iſtiusmodi ſcriptores recenſet in Demonſtrat. Evang. Propoſ. IV. c. 2. ibidemque commendat.

ſuper *Ariſtea* de LXX. interpretibus cap. 29. p. 222. ſed SCALIGER ſibi ipſe non conſtare videtur * certe mirum eſt ab eodem *Hecatæum* noſtrum reponi inter ὑποβολιμαίων monſtra, quales ſunt DARES PHRYGIUS & DICTYS CRETENSIS, magis mirum, quod ex ORIGENIS ** quodam loco manifeſto colligi exiſtimet, *Hecatæum* ab Helleniſtis antiquitus fuiſſe confictum: cum nihil minus dicat ORIGENES, ut verba inſpicienti

* Cum enim Operi ſuo de emendatione temporum adjeciſſet in calce *Veterum Græcorum Fragmenta Selecta, quibus loci aliquot obſcuriſſimi Chronologiæ Sacræ & Bibliorum illuſtrantur*, his quoque inſigne quoddam HECATÆI noſtri ἀποσπασμάτιον inſeruit, ſine ullo dubio perſuaſus, ejusdem momenti, fidei, auctoritatisque cum reliquis Veterum Græcorum monumentis apud ſacrarum litterarum cultores nunquam non futurum.

** Verba hæc ſunt lib. I. contra Celſum: Καὶ Ἑκαταίου τοῦ Ἱστορικοῦ φέρεται περὶ Ἰουδαίων βιβλίον, ἐν ᾧ προστίθεται μᾶλλόν πως ὡς σοφῷ τῷ ἔθνει ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς καὶ Ἐρέννιον Φίλωνα ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων συγγράμματι, πρῶτον μὲν ἀμφιβάλλειν εἰ τοῦ Ἱστορικοῦ ἐστὶ τὸ σύγγραμμα, δεύτερον δὲ λέγειν, ὅτι, εἴπερ ἐστὶν αὐτοῦ, εἰκὸς αὐτὸν συνηρπάσθαι ὑπὸ τῆς παρὰ Ἰουδαίας πιθανότητος καὶ συγκατατεθεῖσθαι αὐτῶν τῷ λόγῳ, *exſtat & Hecatæi Hiſtorici de Judæis liber, in quo adeo probat hujus gentis ſapientiam, ut Herennius Philo in ſuis de Judæis commentariis primum dubitet, an hujus Hiſtorici id ſit ſcriptum, deinde addat, ſiquidem ejus eſt, videri eum correptum Judæorum perſuaſionibus, probaſſeque illorum placita.*

ti patebit. Non enim id agebat ORIGENES, ut ſcriptorem ὑποβολιμαῖον in cauſæ Judaicæ patrocinium adduceret, ſed eam maxime ob rem PHILONIS de Hecatæo judicium allegavit, ut incredibilis propemodum *Hecatæi* cum Judæis conſenſus eo certius conſtaret, tantus quippe ut dubitandum ſibi HERENNIUS PHILO exiſtimaverit, an commentarios hoſce *Hecatæo* tribuere deberet: ſi tamen deberet, uti ſane debebat, cum præter hanc dubitandi cauſas haberet nullas, eum Judæorum perſuaſionibus correptum pronunciaret. Vide JAQUELOTUM dans les diſſertations ſur l'Exiſtence de Dieu p. 484. 500. nulla alia ratione ORIGENIS verba exponentem. Sed & ipſe SPENCERUS in annot. ad ORIGENEM & HERM. WITSIUS in Ægyptiacis lib. III. c. XIII. §. 11. p. 276. merito hoc nomine SCALIGERUM caſtigarunt, ut nunc de BASNAGIO* (nam PRIDEAU-

* Dans l'Hiſtoire des Juifs lib. VII. c. 7. §. 3. p. 158. hæc ejusdem verba leguntur: *Scaliger a même décidé nettement en faveur de la ſuppoſition; mais l'Alternative d'Herennius prouve au contraire qu'il avoit beaucoup d'Envie d'arracher à Hécatæus l'Ouvrage qui porte ſon Nom, & qu'il n'a ôſé le faire. Quand même il auroit décidé nettement ſa deciſion ne ſuffiroit pas s'il n'en produiſoit d'autres Raiſons que le Chagrin devoit, qu'il favoriſoit les Juifs.* Placent itaque verba HUG. GROTII de verit. relig. Chriſt. lib. III. §. 16. in notis (g) ubi ita differit: *His ipſis temporibus vixit* HECATÆUS ABDERITA *celebratus* PLUTARCHO *libro de Iſide &* LAERTIO *in Pyrrhone. Is de Judæis ſcripſit librum ſingularem, unde egregiam urbis Hieroſolymorum & templi deſcriptionem deprompſit* JOSEPHUS *adverſus* Apio-

DEAUXII & HUETII judicium in calce *hujus Commentarii* videbis) taceam. Ceterum, quæ JOSEPHUS ab *Hecatæo* de Judæis narrata affert, illa certe minime indicant, eum Judaicæ religioni deditum, aut Proſelytum fuiſſe, ſed tantum illa, quæ ſcripſit, ex Judæorum narrationibus hauſiſſe.

Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου συγγενόμενος] Ex illa *Hecatæi* ætate, quam *Joſephus* conceptis adeo verbis notavit, colligit HENR. VALESIUS in notis ad EUSEBII lib. V. c. 9. Epiſtolam DEMETRII PHALEREI ad Ptolemæum Philadelphum falſam eſſe: *in ea quippe*, inquit, *laudatur* Hecatæus Abderites, *ejusque teſtimonium tanquam vetuſti ſcriptoris adducitur, cum tamen conſtet eum Demetrio Phalereo haudquaquam antiquiorem eſſe. Vixit enim* Hecatæus *ille ſub Alexandri M. ſucceſſoribus, ut teſtatur* SUIDAS *aliique.* Quamvis autem hoc VALESII argumentum ANTON. van DALEN quantivis pretii eſſe videatur l. c. tamen JO. ALB. FABRICIUS recte exiſtimat in eo parum eſſe præſidii. Ita enim in notis in Epitomen *Ariſteæ* apud *Joſephum* ſcribit: *dici poteſt recentis ſcriptoris teſtimonium velut notius de induſtria a* Demetrio *apud Ptolemæum allegatum fuiſſe.* VALESIO alio modo reſpondet HUMFREDUS HODY in diſſertatione contra Hiſtoriam ARISTEÆ de LXX. interpretibus c. 19. p. 290. *quod argumentum*, inquit, *dubito an ceſſurum ſit pro votis erudito viro*; HECATÆUM *enim a Demetrio allegari tanquam multo antiquiorem*,

A 3 *pro*

nem *libro* I. *quem locum habet & EUSEBIUS Præparat. Evang. lib.* IX. *c.* 9.

pro certo ſatis non habetur: ſimpliciter enim teſtimonium ejus profert de ſapienti doctrina legis Judæorum, quod quidem potuiſſet facere, quamvis in vivis tunc ſuperſtes fuiſſet HECATÆUS.

Περὶ αὐτῶν Ἰουδαίων] Duo hic monendus erat Lector, unum eſt de *nomine Judæorum ejusque origine*, alterum *de notitia Judæorum apud Hiſtoricos Profanos*. Vox יהודי Judæus ante locum Eſaiæ XXXVI, 11. occurrit, ni fallor, ſemel in hiſtoria Achazi 2. Regum XVI, 6. pro *ſubditis regni Judæ*, quatenus contradiſtincti ſunt Ephraimitis, ſed adhuc non de nomine totius *gentis* aut *religionis*, ut nomen ſæpius uſurpatur in *Hagiographis* ſcriptis poſt tempus μετοικεσίας Babylonicæ. Et erat tamen hæc appellatio Judæorum jam ſatis uſitata ætate Jeremiæ XLIV, 1. Hoc ſenſu ipſe Mordechai Benjaminita dicitur *vir Judæus* Eſther. II, 5. Nihil igitur verius, quam quod docte diſputavit PETRUS CUNÆUS de Rep. Hebr. libr. I. c. 9. 10. Reſpublicas *Hebræorum & Judæorum* probe diſtinguendas eſſe: & *Hebræorum Rempublicam* ſero demum *Judæam* dici coepiſſe. De quo videri etiam poſſunt, quæ JAC. ALTINGIUS de Schilo lib. III. c. 13. CAMP. VITRINGA Tom. II. comment. in Eſaiam p. 313. HERM. WITSIUS in Δικαφύλῳ ſive libro ſingulari de decem Tribubus cap. VII. §. 8. CHRIST. NOLDIUS in Hiſtoria Idumæa p. 338. ſeq. PRIDEAUX dans l'Hiſtoire des Juifs Tom. I. p. 345. JAQUELOTUS dans les Diſſertations ſur l'Exiſtence de Dieu p. 468. SALOMON DEYLINGIUS P. II. Obſervation.

Sacr,

Sacr. obſerv. 8. §. 14. p. 86. & ISAACUS CASAUBONUS Exercit. I. adv. *Baronium* n. 3. p. 25. obſervarunt. In cujus rei demonſtratione verboſiores fuimus, quia non ſolum vir aliquis doctiſſimus ſerio autumat, *nunquam* XII. *tribus Hebræos de nomine Judæorum appellatas eſſe*, ſed & inde multi loci in S. literis lucem haud exiguam accipiunt. Quod Eſther. VIII, 7. dicitur: *multi ex populis terræ* מתיהדים *Judæi fiebant* non poteſt alium ſenſum habere, quam quod *ſectæ eorum religione & cerimoniis jungebantur.* Ita etiam Ἰȣδαϊσμὸς *religionem* notat 2. Maccab. VIII, 1. XIV, 38. Gal. I, 14. religionem inquam non tribui *Judæ* peculiarem, ſed toti δωδεκαφύλῳ communem Actor. XXVI, 7. coll. Actor. XXIV, 5. Ceterum ante Alexandri M. imperium, judice ANTONIO van DALEN l. c. cap. 10. p. 74. tam ignoti Judæi Paganis fuerunt, ut HERODOTUS ne nomen quidem ipſorum inaudiſſe videatur, maxime cum illic circumciſos appellet Σύρȣς τȣ̀ς ἐν Παλαιςίνῃ *Syros in Palæſtina*, vide de hoc HERODOTI loco USSERIUM in annalib. Vet. Teſt. p. 98. HUGONEM GROTIUM de veritate relig. Chriſt. lib. I. §. 16. in notis (z. 3) & lib. III. §. 16. & JO. PHIL. HEINIUM obſervat. Sacr. lib. I. c. 5. §. 3. p. 64. Ignoti igitur fuerunt Judæi proprium ſi diſtinctumque eorum nomen quærere velis: Nec mirum, cum teſte TACITO *dum Aſſyrios penes, Medosque & Perſas Oriens fuit, deſpectiſſima pars ſervientium eſſent.* At ſub Alexandro Macedone magis noti eſſe cœperunt, quod vel *Hecatæi* noſtri

ſtri liber nos docere poterit. Audiamus JOANNEM MARSHAMUM in Canone Chron. ſec. IX. p. 152. *ab expeditione Alexandri Græcis primum, ni fallor, innotuerunt, Judæi, ſub Seleucidis demum inclaruerunt, poſt Alexandri victorias obvia erat Judæorum memoria.* Confer HUETIUM in demonſtrat. Evang. Propoſ. IV. c. 12. §. 1.

Ἀλέξανδρον δὲ τεθνάναι.] Hanc æram in hiſtoria externa notatu dignam cenſet EZECHIEL SPANHEMIUS in Joſephi Chronologicis.

Κατὰ Ἀλέξανδρον ἤκμαζεν ἡμῶν τὸ γένος] ANTON. van DALEN in diſſertatione ſuper Ariſtea de LXX. Interpretibus cap. X. p. 74. ſeq. *Joſephi* de hujus Alexandri favore ac veneratione erga Judæos ſplendidum mendacium examinare, ipſique CURTIUM, ARRIANUM & DIODORUM SICULUM opponere ſuſtinuit. Mediam viam tuetur HERM. WITSIUS in δεκαφύλῳ c. 10. §. 9. *ab Alexandro*, inquit, *parum abfuit, quin peſſime haberentur & plane actum fuiſſet, niſi inſigni numinis favore per Jaddum pontificem exoratus fuiſſet animoſus Macedo: cui tamen ut Perſis olim tributa pendere coacti ſunt, ſeptimi duntaxat anni immunitate conceſſa.** Scio equidem a DALENIO

* Non poſſum non hoc loco addere obſervationem JAQUELOTI dans les diſſertations ſur l'Exiſtence de Dieu p. 530. Cum enim is data opera oſtenderet, leges Moſaicas tum ſatis antiquas eſſe, tum nullo unquam tempore a Judæis commutatas legi, hæc addit: *Il eſt vrai que ſi ces loix n'avoient rien de pénible, & qu'elles s'accommodaſſent en tout, aux déſirs du cœur humain, on pourroit s'imaginer que cette faci-*

LENIO l.c. illam de *Jaddo Pontifice* hiſtoriam in dubium vocari, ſed veram eſſe judicant HERM. WITSIUS Tom. II. Miſcellan. ſacr. exercit. XI. §. 25. p. 292. & in Oratione Panegyrica de Theocratia Iſraëlitarum p. 935. ejusdem Tomi II. PRIDEAUX dans l'Hiſtoire des Juifs T. II. p. 421. etiamſi forte diſſenſio quædam ſit inter JOSEPHUM & Talmudicos in circumſtantiis quibusdam, vide omnino CHRISTOPH. CARTWRIGHTUM Mellif. Hebr. lib. IV. c. 2. & JO. SELDENUM de ſucceſſione in Pontificat. Ebræor. lib. I. c. 6.

Συναπείρειν εἰς Αἴγυπτον αὐτῷ] Primum dicendum erit de *Ptolemæo Lagi*, deinde de *Judæorum ſub illo in Ægyptum profectione*. Ptolemæus *Magni* nomine honoratur. Sic JUSTI-

cilité, & cette complaiſance du Légiſlateur auroit pû engager ce Peuple à les conſerver & à les obſerver, pour ne pas recevoir un joug plus dur ni plus peſant. Mais tout au contraire, il n'y eut jamais de Loix plus dures, ni plus inſupportables. Elles contenoient mille & mille préceptes, qui ne contribuoient rien à la douceur de la vie ni au repos de la Societé. Ce n'étoit qu'un poids inutile, importun & accablant à le conſiderer en lui-même & par rapport à cette vie & au gouvernement de l'Etat. A quoi ſerroit cette ſeptiême année, *pendant laquelle la terre ſe repoſoit, qui atant de fois expoſé la Nation à une grande diſette, lorsqu'elle fut contrainte de payer des impôts, aux puiſſances étrangères qui l'aſſujettirent? D'où vient, qu'ils crûrent ne pouvoir tirer un plus grand avantage de la faveur qu'* Alexandre le Grand *leur témoigna que d'en obtenir* la remiſe des impôts en cette ſeptiême année.

NUS lib. XVII. c. 11. *igitur Ptolemæus* (Ceraunus) *cum & in gratiam memoriæ magni Parentis Ptolemæi &c.* De altero cognomine *Servatoris* undecunque liquet. JOSEPHUS lib. XII, Antiquit. c. 1. ὑπὸ τοῦ Πτολεμαίου τοῦ Λάγου Σωτῆρος τότε χρηματίζοντος. Jam vero ad hunc Ptolemæum referas illud Eſaiæ vaticinium, quod ad Aegyptum a jugo Perſarum liberandum pertinet, exſtatque XIX, 20. *quia clamabunt ad Jehovam cauſa oppreſſorum, & mittet iis* מושיע *ſervatorem &* רב *magnum.* Quisquamne eſt tam imperitus hiſtoriæ, qui non illico dicat eſſe *Alexandrum* Macedoniæ Regem in omni hiſtoria *Magnum* dictum, & poſt Alexandrum *Ptolemæum Lagi* ex primariis ejus ducibus, dictum quoque *Magnum* & peculiari cognomine Σωτῆρα *Servatorem. Ptolemæum Lagi* verum habuiſſe cognomen *magni*, pluribus demonſtravit HUMFREDUS HODY in diſſertatione contra Hiſtoriam ARISTEÆ de LXX. interpretibus cap. VII. p. 96. quemadmodum idem ibidem cap. 20. p. 304. obſervat Ægyptios *Ptolemæum Lagi*, & reginam ejus Berenicen θεοὺς σωτῆρας appellaſſe. Conferatur ejusdem HUMFREDI HODII ſyntagma de Ptolemæis. *Utique*, inquit VITRINGA ad h. l. Eſaiæ, *characteres hujus Principis liberatoris Aegypti in* Alexandro *vel* Ptolemæo *(hi enim cum eandem rem egerint, & poſterior quidem ut prioris ſucceſſor pro eadem habentur perſona) luculenter a vate expreſſi, in iis veriſſime demonſtrantur.* Nimirum Princeps *hic eſſet α.* רב magnus, *ſic paſſim habitus & dictus etiam.*

β. *Non*

β. *Non Ægyptius, ſed* advena; *eſſet enim a Deo, cum res illorum jam plane deſperatæ viderentur, mittendus, a divina providentia ſuſcitandus.* γ. *Qui Ægyptios liberaret a gravi & moleſto* jugo Perſico, *ſub quo tota Ægyptus gemebat.* δ. *Et ſtatum civilem Ægyptiorum reſtitueret in integrum, ut Ægyptus deinde ſub Rege, quem reſpicere poſſent ut* ſuum, *maxime floreret.* Ceterum circa tempus Alexandri & Ptolemæi Lagi Judæi maximo numero frequentare cœperunt Ægyptum. Judæorum illorum παροικία in Ægypto jam coepit ante tempus Alexandri (nam Artaxerxes Ochus ad expeditionem Aegyptiacam multos ſecum Judæos adduxit, ut ex ARISTEA colligitur in libello de LXX. interpretibus, ubi & in epiſtola Ptolemæi Philadelphi ad Eleazarum, Hieroſolymis multi ex Judæis in Aegyptum abducti fuiſſe dicuntur, cum illi rerum potirentur. Quod ad Artaxerxis Ochi tempora referendum videtur, ſicut & illud JUSTINI lib. XXXVI. ſi quid in utrovis veri fuerit; *Primum Xerxem regem Perſarum Judæos domuiſſe.* Hæc JAC. USSERIUS in Annalib. Vet. Teſt. p. 154. ſed PRIDEAUX Tom. II. aliam cauſam, quamobrem Judæi in Aegyptum abducti fuerint, prodit p. 393. Poſteaquam enim diſſeruerat de bello ab Artaxerxe Ocho contra Phœnices, & præſertim Sidonios (qui ab Ochi præfectis contumelioſe tractati defecerant) inſtituto, addit: *Il faut que les Juifs aient eu part à cette guerre des Phéniciens contre la Perſe. Car Sidon ne fut pas plûtôt priſe, qu'Ochus entra en Judée,*

Judée, & y aſſiégea & emporta la ville de Jerico. Outre cela, il paroît qu'il emmena quantité de Juifs captifs en Egypte, & qu'il en envoya beaucoup d'autres en Hyrcanie où il les établit le long de la Mer Caſpienne,) ſed poſt Alexandrum & tempore Ptolemæi Lagi longe fuit frequentior. Cauſſa fuit, ut patet ex JOSEPHO tam commoditas loci, * quam quod Alexander & præcipue Ptolemæus Lagi Alexandriam urbem (& Ægyptum ſub Perſis exhauſtam) incolis replere cupiens *ex montano Judæi tractu & Hieroſolymorum vicinia, Samariaque* plures Judæos traduxerit in Ægyptum, ibique *ſedes figere juſſerit.* Sic JOSEPHUS, Antiq. lib. XII. cap. 1. qui licet

mi-

* Jeremias XLVI, 20. Aegyptum vocat vitulam formoſiſſimam עגלה יפהפיה geminatis radicalibus, ad ſummam pulcritudinem indicandam, reſpiciens ad fertilitatem terræ. Vide JUST. MARTIN. GLÆSENERUM in Diatriba de dracone inſigni Regum Aegyptiorum §. 13. p. 1003. Bibl. Brem. claſſ. 7. faſcic. 6. De eadem fertilitate plura obſervat CORNEL. ADAMI in Exercitationib. Exeget. p. 19. Confer JO. BRAUNII ſomnium de Delta, inſertum ejusdem Sacror. Selector. lib. V. ATHANAS. KIRCHERUM Tom. I. Oedip. Aegypt. Syntagm. I. quod Delta Niloticum inſcripſit, NICOL. ABRAMUM in Pharo, alioſque ſcriptores, quos laudat J. B. CARPZOVIUS in animadverſ. in *Schickardi* Jus Regium p. 194. Quo tempore Aegyptus ſereret & meteret ex Exodi IX, 32. nos docet NIC. FULLERUS Miſcellan. Sacr. lib. III. c. 11. Utinam exſtarent veteres Scriptores *rerum Aegyptiacarum*, quos magno recenſet numero JAQUELOTUS dans les diſſertations ſur l'Exiſtence de Dieu p. 239. & nobis & S. literis multo melius conſuleremus.

minus æquus Ptolemæo, addit, hunc regem, fide Judæorum cognita, *præſidia* ex iis *diſpoſuiſſe* per *arces*, & cum *Judæis dediſſet jus civitatis* Alexandriæ pari conditione cum *Macedonibus*: *non paucos reliquorum Judæorum ſponte in Ægyptum migraſſe partim ubertate terræ allectos, partim τῇ τȣ̃ Πτολεμαίȣ φιλοτιμίᾳ Ptolemæi liberalitate*. Ceterum cum idem Ptolemæus obtineret *Libyam* & *Cyrenaicam*, illuc quoque multas Judæorum colonias miſit, inde *Judæorum Cyrenaicorum* mentio Matth. XXVII, 32. coll. Marci XV, 21. Luc. XXIII, 26. Actor. II, 10. VI, 9. Confer. PRIDEAUX dans l'Hiſtoire des Juifs Tom. II. p. 493. HUMFREDUM HODY in diſſertatione contra hiſtoriam ARISTEÆ de LXX. interpretibus c. 13. p. 225. & USSERIUM in Annalibus Vet. Teſtam. p. 232. Quod vero STEPH. le MOINE in Prolegom. ad Varia Sacra Cyrenenſes Judæos alibi quærit quam in *Cyrenaica*, quod ADAM. TRIBBECHOVIUS in libro ſing. de Doctoribus Scholaſticis cap. I. p. 5. per *Libertinos* apud Lucam Academicos, per *Alexandrinos* Ariſtotelicos, per *Cyrenenſes* ſectæ Cyrenaicæ aſſeclas intelligit, id falſum eſt omnino in utroque ſcriptore. Vide BASNAGIUM lib. VII. c. 8. p. 203.

Εζεκίας ὁ ἀρχιερεὺς τῶν Ιȣδαίων] Judæis extra patriam degentibus non ſolum in Ægypto ſed & alibi etiam fuiſſe templa complura (quæ tamen ex jure Ebraico ſemper damnanda *) manifeſto li-

* Cur Deus tantum unum altare unumque Pontificem maximum eſſe voluerit, inquirit JO. CLERICUS ad Levit. XVII, 3. adde Commentarium noſtrum in

liquet ex Oniæ Oniæ III. filii libello ſupplice Philometori apud JOSEPHUM de templo Leopolitano porrecto. Et vix dubitare queo' STRABONEM Geographiæ lib. XVII. de Ebræorum aliquo in Ægypto templo locutum eſſe, vbi verba faciens de Ægyptiaca templorum exſtruendorum ratione: *exſtat etiam Aedes, multis columnis ſtructa ſicut Memphi* βαςβαρικὴν ἔχων τὴν κατασκευὴν *barbarica fabrica: nam præterquam quod columnæ multæ ſint & ingentes multiplici ordine conſtitutæ,* ȣ̓δὲν ἔχει χαρίεν, ȣ̓δὲ γραφικὸν, ἀλλὰ ματαιοπονίαν ἐμφαίνει μᾶλλον, *nihil elegans aut pictum habet, ſed potius inanem quendam laborem arguit.* Nolim jam de templo Oniæ * aut de vaticinio quodam Eſaiæ, quod eo pertine-

re

JULIANI Epiſtolam ad Arſacium p. 4. & Tomum noſtrum I. Opuſcul. Sacror. p. 171.

* Dicitur hoc templum Judæis בית חוין *templum Oniæ*, ut diſtinguant ſubinde בית המקדש *templum ſanctum* ſive Hieroſolymitanum. Vide de hoc templo Oniæ plura apud IO. SELDENUM de Succeſſ. in Pontif. lib. I. c. 8. IO. LIGHTFOOTUM in Horis Hebr. ad Matth. II, 14. & Ioannis IV, 24. VITRINGAM Tom. I. Comment. in Eſaiam p. 582. PRIDEAUX dans l'Hiſtoire des Iuifs Tom. III. p. 443. I. B. CARPZOVIUM in animadverſ. in *Schickardi* Ius Regium p. 199. TANAQUILLUM FABRUM lib. I. Epiſt. 6. (de quo tamen vide Tomum noſtrum I. Bibliothecæ Antiquariæ & Exegeticæ p. 229.) CHRISTOPHOR. CARTWRIGHTUM Mellificii Hebr. lib. V. c. 5. IAC. VSSERIUM in Annalib. V. Teſt. p. 354. IO. LUNDIUM in den Iudiſchen Heiligthumern lib. 2. c. 30. p. 385. BASNAGIUM dans l'Hiſtoire des Juifs lib. VII. §. 23. p. 170. ſ. q.

re dicitur, quidquam addere. * Ceterum ea laus, quæ huic Judæorum ἀρχιερεῖ ** in Aegypto tribuitur, & propria prorſus & ſingularis fuit: Neque enim eadem dignitas Pontificum maximorum fuit ſtante templo ſecundo, quæ ſtante primo fuerat, præcipue circa ſejus excidium & illa tempora, quibus hoſpitator noſter in his terris vixit, quando ſingulis fere annis contra Dei mandatum novi Pontifices creabantur & in adoleſcentes XVI, & XVII. annorum, hominesque rudes &

impe-

* Perſuaſum erat Judæis vaticinium illud Eſaiæ XIX, 19. per Oniæ templum accepiſſe implementum. Subſcribit P. D. HUETIUS Demonſtr. Evang. Prop. VI. p. 482. *ſcio*, inquit, *aliter nonnullos ſenſiſſe & hæc ad Sennacheribi & Pſammitichi tempora retuliſſe, ſed & res ipſa, templum nempe Dei in media Aegypto, & locus ipſe civitas ſolis & rei auctor tam perſpicue deſignantur, ut alio torqueri poſſe prophetia haudquaquam videatur.*

** Ἀρχιερέων nomen latius patet apud Judæos. Audiamus SELDENUM de ſucceſſ. in Pontif. Ebræor. lib. I. c. 12. *ſumma eſt*, inquit, *& vicarios & exauctoratos & ſanguine proxime conjunctos, ſtationumque ſacerdotalium principes, Pontifices ſeu ſummos ſacerdotes nuncupari frequenter: id quod etiam in Evangeliis paſſim ſatis liquet.* Lucem autem inde accipiunt verba Marci XIV, 53. 55. ibi enim ſingulariter & ſignantius ὁ ἀρχιερεὺς, mox ἀρχιερεῖς ſeu principes ſacerdotum nominantur. Quoquo autem modo hic apud HECATÆUM vocem ἀρχιερεὺς accipias, Ezechias iſte non Hieroſolymis ſed in Aegypto Pontifex Maximus Judæorum fuit, uti judicat PRIDEAUX Tom. II. de l'Hiſtoire des Juifs p. 522.

imperitos, quos Judæi ipſi כ״ג עם ארץ appellant, hoc munus conferebatur, quibus neceſſe haberent dicere: *lege tu ipſe* שמא שכחת אושמא לא למרת *forſitan oblitus es, aut forte nunquam didiciſti*, Joma I. 3. quique δι᾽ ἀγροικίαν *præ ruſticitate* neſciebant, quid ipſum nomen Pontificatus ſignificaret, τίποτε ἦν Ἀρχιερωσύνη, teſte JOSEPHO de Bello Jud. IV, 5. Judæi quidem ſcribunt poſt mortem Pontificis Maximi Iſmaëlis filii Phabi *decus & ſplendorem ſacerdotii* זיו כהונה (ἱερατικὴν τιμὴν) ceſſaſſe, uti eſt in Sota IX, 15. verum iam antea Pontificatus honorem inſigniter imminutum fuiſſe ſatis liquet, cum nec JOSEPHUS modo ſed & Talmudici fateantur inter Pontifices maximos fuiſſe impios plurimos, quibus dies paucos Deus conceſſit, Proverb. X, 27. Ceterum hoc ipſum Pontificalis dignitatis decrementum, ſtante templo ſecundo, convenit cum illo ſtatu reipublicæ, quem fore ſub adventum Meſſiæ crediderunt Judæi veteres. Illo enim tempore, quo Meſſias filius Davidis veniret, frons ſeculi eſſet ſimilis fronti caninæ, impudentia creſceret, concilium judicum verteretur in lupanar, & viri in honore conſtituti nefandis artibus uterentur, uti eſt in Gem. Sanhedrin 97. 1. & in Midraſch ſchir haſſchiim 18. 1. 2. Quem ſtatum fuiſſe illius ſeculi graviſſimis criminibus immerſi, quo Soſpitator noſter inter Judaeos vixit, ipſa Judæorum confeſſio & ſcripta Evangelica ſatis declarant. Vide RELANDUM in Antiquitatib. Sacris veter. Hebræor. delineatis P. II. c. 2. §. 7. p. 154. & JO. BRAUNIUM in Comm. in Epiſt. ad Hebr. p. 404.

Οἱ πάντες ἱερεῖς τῶν Ἰουδαίων οἱ τὴν δεκάτην τῶν γενομένων λαμβάνοντες) Expreſſam de Deciniis Deus dederat legem, ne eas alio quam ſecundum legem modo Judæi ſolverent. Vide Numer. XVIII, 24. Deuteron. XIV, 22. Levit. XXVII, 32. Antequam autem eas deſcribamus, monemus, hunc HECATÆI noſtri locum adduci ab USSERIO in Annalib. V. T. p. 246. monemus *magnos quidem alios reditus fuiſſe Hebræorum ſacerdotibus*, vide PHILONEM in libello de præmiis ſacerdotum, CLERICUM in notis ad Numer. XVIII, 20. JO. LUNDIUM in den Jüdiſchen Heiligthümern lib. IV. c. 28. p. 864. c. 37. ſeq. p. 901 - 913. ſolas tamen nunc deciinas ab HECATÆO commemorari. Secundum itaque legem variæ fuerunt decimæ, ratione rerum, de quibus ſolvebantur, & ratione eorum, qui accipiebant. Ratione rerum, de omnibus ſeminibus, frugibus atque fructibus terræ & vineæ, imo de gregibus dabantur, ut ex locis citatis patet. Homines, qui decimas accipiebant, fuerunt Levitæ & Sacerdotes. Iſraëlitæ de frugibus trituratis & repurgatis quinquageſimam partem dabant ſacerdoti. Hæc dicebatur תרומה גרולה. Reſidui decima pars dabatur Levitis & dicebatur מעשר ראשון decima prima: de hac decima Levitæ dabant decimam ſacerdotibus, hæc fuit *decima de decima* מעשר מן המעשר. Plura videas apud JO. SELDENUM, * JOSEPHUM SCALIGERUM in

B Dia-

* In Diſſertatione de Decimis ſeu hiſtoria Decimarum,

Diatriba de Decimis Judæorum, JO. LUNDIUM lib. *IV.* c. 32. ſeq. & SIXTINUM ab AMAMA in Commentariolo de Moſaicis Decimis * SCHICKARDUM de Jure Regio Hebr. JO. BRAUNIUM in Comment. in Epiſt. Pauli ad Hebr. p. 377. AUGUSTUM VARENIUM in Trifolio ſacro de primogenitis, primitiis, decimis, SIGONIUM lib. *IV.* de Rep. Hebr. c. 15. p. 175. MENOCHIUM, lib. *II.* de Rep. Hebr. c. 4. pluresque alios, quos laudat J. B. CARPZOVIUS in animadverſ. ad *Schickardum* p. 270. & ED. BERNARDUS in notis ad JOSEPHI Antiquitat. lib. *IV.* c. 8. p. 230. 239. Judæos autem in Aegypto quoque Trumas & Decimas ſacerdotibus ſuis perſolviſſe HECATÆO credimus: notatu enim hancin rem digna ſunt verba MAIMONIDIS in tractatu de Trumis cap. 1. ſect. 1. *trumæ & decimæ ex obligatione legis non ſolvi ſolebant niſi in terra Iſraëlis tantum, ſive manente templo, ſive non, Prophetæ autem ſtatuerunt, ut ſolverentur pariter in terra Babylonica, quia ea vicina fuerat terræ Iſraeliticæ &c. Sapientes etiam antiquiorum*

cujus tria priora capita ex Anglica lingua in Latinam translata & notulis illuſtrata adjecit JO. CLERICUS appendici Commentarii ſui in Numeros. Novi litem J. SELDENO motam fuiſſe a RICH. MONTACUTIO & THOM. COMBERO, vide tamen GUIL. GUISIUM ad Zerahim, Tit. Phea, cap. 8. ubi SELDENUM defendit.

* Veſtigia premit SCALIGERI cum eodem ſubinde lapſus. Vide GUISIUM ad cap. 8. tit. Phea Ordinis Zeraim.

rum ſtatuerunt, *ut ſolverentur pariter in terra* Aegypti, *Ammon & Moab*, *quia ea regiones erant in circuitu terræ Iſraelis.* Hæc ipſa MAIMONIDIS verba repetit THEODOR. AKERSLOOTUS in Comment. in Epiſt. ad Hebr. p. 532. ut nunc taceam, quæ hanc in rem quoque obſervat RELANDUS in Antiquitatib. Sacris veter. Hebræor. delin. P. *III.* cap. *IX.* §. 2. p. 355. & JO. SELDENUS in diſſertatione de decimis ſect. II. §. 8. Cum vero idem RELANDUS l. c. §. 4. p. 356. poſt JO. LUNDIUM in den Jüdiſchen Heiligthümern lib. IV. c. 32. p. 885. querat de ſenſu verborum Pauli Hebr. VII. 5. *οἱ ἐκ τῶν υἱῶν Λευὶ τὴν ἱερατείαν λαμβάνοντες, mandatum habent accipiendarum decimarum a populo*, ubi non Levitis, ſed ſacerdotibus Decimæ videntur tribui; nemo mirabitur HECATÆUM ſolis ſacerdotibus hoc in loco Decimas tribuere, & quidem ex illius temporis ratione & conſuetudine. Judæi tradunt in Gem. Ketuvoth 26. 1. ſtante templo ſecundo decimas aliquando non Levitis datas, vetante hoc Ezra, ſed ſacerdotibus. Et quia hæ Decimæ חולין non ſanctæ habebantur, negligentiores fuere in his ſolvendis Judæi, & licet primitias תרומות ſtudioſe ſolverent, quarum neglectus pœnam כרת ſive excidii mereretur, vendebant ſæpe fruges non decimatas pro decimatis. Vide de tempore Jochanan Pontificis Max. ſucceſſoris Simeonis Juſti apud MAIMONIDEM in tr. מעשר c. 9. quem inſignem locum excerpſit JO. SELDENUS in diſſertatione de Decimis ſect. *II.* §. 6. JO.

HENR. HOTTINGERUS ad GOODWINUM p. 877. Ceterum cum hic apud HECATÆUM noſtrum de Judæorum *in Aegypto ſacerdotibus* ſermo inſtituatur, monendum poſtea ſub Ptolomæo Philometore ſacerdotum ſplendidiorem in Aegypto fuiſſe conditionem: is enim conceſſit etiam multum agri modum ac pecuniæ reditus, ut & ſacerdotibus eſſet copia ad multa, quæ Dei cultus deſideraret. Invenit autem Onias & Judæos quosdam ſibi ſimiles (*τὸν Ὀνίȣ λεγομένην χώραν κατοικȣ͂ντας* apud JOSEPHUM lib. *XIV.* antiquit. c. 14. & lib. I. Belli c. 7.) & ſacerdotes & Levitas, qui illic divinum cultum frequentarent (JOSEPH. lib. 7. Belli c. 37. cum lib. 13. antiquit. c. 6.) In Mishna tamen, tract. מנחות c. 13. §. 10. ſacerdotes, qui miniſtrabant templo Oniæ, eodem, & merito quidem habentur loco, quo ſacerdotes excelſorum, quibus ex Reg. lib. *II.* c. *XXIII.* 9. non conceſſum fuerat offerre holocauſta ſuper altare Domini, quod fuerat Hieroſolymis, ſed tantum ut azymos panes comederent (inſtar ſacerdotum immundorum) in medio fratrum ſuorum. Vide USSERIUM in annalibus Vet. Teſtam. p. 355.

Κακῶς ἀκȣ́οντες ὑπὸ τῶν ἀςυγειτόνων.] In his erant *Samaritani*, argumento eſt Sanballetes templi Garizimitani auctor, de quo videas CHRISTOPH. CELLARIUM in diſſertatione de gentis Samaritanæ Hiſtoria & ceremoniis §. 23. HERM. WITSIUM in *Δικαφύλῳ* c. *III.* §. 10. & To-

& Tomo *I.* Miſcellan. Sacr. lib. *I.* c. 20. §. 29. p. 277. PRIDEAUX Tom. *II.* p. 289. Neque inter hoſtes Judæorum omittendi ſunt *Aegyptii* & *Tyrii*, quos inprimis notat JOSEPHUS lib. *I.* contra Apionem §. 13. φαίνονται γὰρ καὶ δὴ μάλιστα πρὸς ἡμᾶς δυσμενῶς διατεθέντες, κοινῇ μὲν ἅπαντες Αἰγύπτιοι, Φοινίκων δὲ Τύριοι, *videntur enim & maxime in nos iniqui communiter quidem omnes Aegyptii, Phœnicum vero Tyrii.* Cumque *Typhon* mali omnis auctor & apud *Aegyptios* cacodæmon quidam haberetur; multa *Moſi* propria Typhoni tandem adſcripſiſſe videntur, ut Moſen & Iſraëlitas in odium traherent, & Moſes Typho vel ejus affinis eſſe crederetur. Exempli cauſa: finxerunt Aegyptii apud PLUTARCHUM in Iſid. τὸν Τυφῶνα γεννῆσαι παῖδας Ἱεροσόλυμον καὶ Ἰουδαῖον, *typhonem filios genuiſſe Hieroſolymum & Judæum.* Hoc autem abſurdum & inſtar fabulæ non immerito habeatur, cum omnes norint, nomen Ἰουδαῖον recentius eſſe & multis poſt Moſen & Typhonem ſeculis uſitatum. Unde vero tanti odii in Judæos cauſa repetenda erit? nimirum Judæorum religio omnibus aliis religionibus adverſa humani generis odia & ſcommata in gentem ſuam converterat. Conferri inprimis meretur JAC. TRIGLANDII diſſertatio de Origine & cauſis rituum Moſaicorum p. 137. Sylloges diſſertationum Theologicar. & Philologicar. Et rem ſic eveniſſe liquet e textus illius obſcuri Jerem. *XII.* 9. verbis, quem GROTIUS applaudente JO. SPEN-

CERO lib. *II.* c. 2. ſect. 1. p. 366. ſic optime interpretatur; *annon hæreditas mea mihi* dicta *eſt avis quædam diſcolor*, & *annon* propterea *aves aliæ circumquaque ei adverſantur?* Nempe alluſum videtur ad avium morem, quæ, ſi qua avis peregrini coloris advenerit, in eam facto agmine feruntur. *Candida venit avis, nigris inviſa columbis*, uti canit Poëta.

Καὶ τῶν εἰσαφικνουμένων πάντων.) Inprimis Judæi male audiebant apud *peregrinos* & *advenas*. Quamvis enim Judæi ſuæ fidei & religionis hominibus tectum & culinam præberent, cum nulla vel perpauca eſſent *diverſoria* ſive *xenodochia* in communem peregrinorum advenarumque uſum * in peregrinos tamen, qui Judæi non erant, agre-

* In Exc. Gem. סוטה dixit c. IX. 4. R. Jochanan nomine R. Meir: *Is qui non comitatur abeuntem, idem ac ſi ſanguinem effudiſſet, habetur.* Hinc illuſtra Actor. XX. 38. Tit. III. 3. Addo quæ exſtant in tract. פרקי אבות c. I. 5: *Joſe filius Jochanan vir Hieroſolymitanus ſolitus eſt dicere: eſto domus tua aperta ad plateam.* Ubi gloſſa BARTENORÆ: *qualis erat Abrahami Patris noſtri* p. m. *Aperta enim erat ad quatuor mundi plagas, quoniinus peregrini illam circumire & oſtium quærere cogantur.* De Φιλοξενίᾳ veterum Judæorum præter auctores a me laudatos in Commentario in Epiſtolam JULIANI ad Arſacium p. 95. pluribus agunt J. H. HOTTINGERUS in notis ad GOODWINUM p. 508. & JO. GOTFR. LAKEMA-

agreſtes erant atque inhumani, omni *φιλοξενίας* jure ſublato. Amici Antiochi teſte DIODORO SICULO lib. 34. apud PHOTIUM cod. *CCXLIV.* p. 1149. de Judæis tradunt eos *μόνους ἁπάντων ἐθνῶν ἀκοινωνήτους εἶναι τῆς πρὸς ἄλλο ἔθνος ἐπιμιξίας, καὶ πολεμίους ὑπολαμβάνειν πάντας- μηδενὶ ἄλλῳ ἔθνει τραπέζης κοινωνεῖν τὸ παράπαν μηδὲ εὐνοεῖν*, *Solos eos eſſe, qui cum aliis gentibus nihil habeant commune, & omnes in hoſtium numero ponant - nec cum ulla gente omnino velle comedere, nec etiam velle benefacere.* Neque inde longius recedit JUVENALIS Satyr. XIV. 103.

Non monſtrare vias eadem niſi ſacra colenti:
Quæſitum ad fontem ſolos deducere verpos.

Quanquam vero עניי עולם *pauperes mundi*, hoc eſt mendici quivis oſtiatim petentes *etiam pagani* apud Judæos acciperent תמחוי eleemoſynam catini, ſive panem & cibos in ſportula aut caniſtro publico ſingulis diebus oſtiatim per גבאי צדקה certos *eleemoſynarum collectores* quaſi corrogantes * neminem tamen fugit *Judæorum in Paganos aſperitas*, cum hi ne hominum quidem

 loco

CHERUS in diſſertatione Philol. in Joſe ben Joëſer de Zereda effatum de ſtudiis per colloquia cum eruditis.

* Vide de hoc eleemoſynæ apud Judæos genere auctores, quos adduxi teſtes in Commentario in Epiſtolam JULIANI ad Arſacium p. 94. & adde Celeberrimi JO. GOTLOBI CARPZOVII צדקה ſive eleemoſynas Judæorum ex antiquitate Judaica delineatas, §. 33. p. 39.

loco haberentur * apud Judæos, *præ hoſtili adverſus omnes alios odio*, ut TACITI utar verbis.

Καὶ προπηλακιζόμενοι πολλάκις ὑπὸ τῶν Περσικῶν βασιλέων καὶ σατραπῶν.] Non mirum *Reges Perſidis* eorumque *Satrapas* tam importunos & tam crudeles in *Judæos* fuiſſe, cum vel ſacrarum literarum ** vel profano-

* Vide MAIMONIDIS locos apud GUIL. CAVEUM in vita S. Petri c. 8. §. 4. p. 277. & quæ ex CONSTANTINI L'EMPEREUR notis ad locum quendam in בבא קמא obſervavimus, cum Lucæ X. 29. paulo luculentius exponeremus Tom. II. der Erörterung der dunckelſten Schrifftſtellen des Neuen Teſtam. p. 749. Adde GROTIUM de verit. relig. Chriſt. lib. II. §. 12. in notis (l).

** Vide Eſaiæ XIII. 17. 18. XXI. 2. Nimirum quod jam obſervatum eſt a BOCHARTO Phaleg. lib. IV. c. 10. JO. MARSHAMO in Can. Chron. ad Sæc. XVIII. p. 606. & THOMA STANLEIO in *Aeſchylum*, in S. literis Perſarum nomen eſt recentius, quod vel Eſaias locis citatis, vel Jeremias LI. 11. 28. nos docere poterit. In Daniele demum & Ezechiele XXVII. 10. XXXVIII. 5. quippe Scriptoribus Cyro coævis, & in libris Paralypomenon, Eſdræ, Nehemiæ, Eſther, qui poſt Cyrum ſcripti ſunt, *Perſarum* eſt frequens mentio; ſed Eſaias modo *Perſas* nominat, *Medos*, modo *populum Elam*, hoc eſt antiquis ſcriptoribus Ελυμαίους, Lucæ Actor. II. 9. Ἐλαμῖται. An Actor. XIII. 6. 8. 9. Ἐλύμας ſit contractum nomen ex Ελυμαῖος ſeu Perſa, uti videtur FRIDER. SPANHEMIO Dub. Evangel. P. II. Dub. XIX. p. 268. disquirere in præſenti nolumus, vide JO. CHRISTOPH. HARENBERGIUM in ulteriorib. Cogitatis de Magis Judæis, qui ad Jeſulum ex Oriente

fanorum ſcriptorum teſtimonia * de ſingulari immanitate & crudelitate Regum Perſidis exſtent. Et quod ad *Judæos* attinet, Salmanaſſar X. tribus in civitates Mediæ deportavit 2. Reg. XVII. 6. ** aut

 ut

acceſſerunt §. 5. p. 661. Vol. I. Muſei Hiſtorico-Philologico-Theologici Bremenſis, & JO. GOTHOFR. LAKEMACHERUM Obſervation. Philol. P. II. p. 162. multa tamen habet ED. BERNARDUS in notis ad JOSEPHI lib. I. Antiq. c. 6. §. 4. p. 24. quæ SPANHEMII conjecturam confirmare videntur. Quamvis autem *Elymais* proprie ſumta inter utramque regionem Suſianam & Perſidem media fuerit, ab illa per Eulæum, ab hac per Oroaten fluvios ſecreta, tamen ſtilo Scripturæ vide Dan. VIII. 2. Jerem. XXV. 25. nomen *Elam Suſianos* quoque & *Perſas* complectitur.

* In hiſtoria Cambyſis, Darii Hyſtaspidæ, Xerxis, Ochi occurrunt crebra ſævitiæ plusquam barbaræ exempla. Quid? quod *Nicolaus* apud DIODOR. SICULUM Hiſt. lib. XIII. p. 342. in oratione ad populum Syracuſanum diſſuaſurus ſævitiam in victos Athenienſes addit: τι καθεῖλε τὴν Μήδων ἀρχήν; ἡ πρὸς τὰς ταπεινοτέρας ὠμότης: *quid deſtruxit Medorum imperium? crudelitas erga inferiores.*

** Pro *Media* 1. Chron. V. 26. eſt *Hara*. Nempe *Media* etiam Græcis alio nomine *Aria* & Medi Arii appellantur, adſpiratione neglecta, apud HERODOTUM in Polymnia. Ceterum urbes in quas X. tribus deductæ ſunt inveſtigare ſuſtinent BOCHARTUS Phaleg. lib. III. c. 14. p. 220. & WITSIUS in Δεκάφυλῳ c. IV. §. 2. Ab utroque diſcedit BASNAGIUS dans l'Hiſtoire des Juifs lib. VII. c. 6. p. 122. En ejus verba: *Il me ſemble qu'on n'a pas fait aſſez d'attention à une choſe, qui eſt évidente. C'eſt que l'Ecriture diſtingue deux Lieux dans lesquels on transporta les Juifs; en effet, il y en avoit un aſſez*

ut JOSEPHUS loquitur IX. Antiquit. c. 14. πάντα τὸν λαὸν μετώκισεν εἰς τὴν Μηδίαν καὶ Πεςσίδα *univerſum populum in Mediam & Perſidem traduxit*: hos autem Judæos HECATÆUS non videtur deſignare * ſed vel *Judæos*, quos *Artaxerxes*

grand Nombre pour faire deux colonies différentes. *L'Ecrivain Sacré place une de ces Colonies* dans l'Aſſyrie, *& il indique les villes de cette Province, qui lui furent aſſignées*, le Chaboras, Gozan *&* la Chalcite: *& en ſuite, il ajoute qu'on les plaça auſſi* dans les villes de Médie. *Il faut donc les chercher dans ces deux Provinces, que le Paraphraſte Chaldaïque a diſtingué es auſſi bien que l' Original l' Hebreu. On trouve les Lieux marques* dans l'Aſſyrie. *On y voit cette Riviere que le Geographe Arabe appelle* Alchabor, *qui ſort des Montagnes & ſe jette dans l' Euphrate après avoir traverſe la Méſopotamie.* Gozan *eſt une ville & une Province ſituée ſur l'un de ces Bords, que les Iſraëlites occupérent &* Chalac *eſt la Chalcite de Ptolomée, la quelle ſe trouve de l'autre côté du* Chaboras. *Ainſi les dix Tribus occupérent les deux Provinces, qui régnojent des deux côtez du fleuve* Chaboras. *Cette ſituation leur étoit avantageuſe, puiſque toutes ces Tribus n'étoient ſeparées que par la Riviere, qui arroſoit les villes qu'on leur avoit aſſignées.* Hiſce ſtatim ſubjungit ſententiam ſuam de *urbibus Mediæ*, perſuaſus, Judæos in *Mediam montanam* translatos eſſe, cum iſthic incolæ nec ſatis frequentes eſſent, nec montanam regionem colere poſſent alii quam Judæi iſtiusmodi locis colendis in antiqua patria aſſueti.

* Quia transportatio illa nihil admodum ad emendationem illorum valuit. Vide Ezech. XXVI. 19. 20. Tobias omnes fratres ac gentiles ſuos in Aſſyria comediſſe cibos gentium conqueritur Tob. I. 11.

xerxes Ochus in Hyrcaniam uſque ad mare Caſpium deportati juſſit, vide USSERIUM in Annalib. V. Teſtam. p. 155. & PRIDEAUX Tom. *II.* p. 394. qui ita HECATÆI verba accipiunt, invito admodum BASNAGIO dans l'Hiſtoire des Juifs lib. *VII.* c. 6. §. 5. p. 127. vel videtur illam potius *Judæorum Rempublicam* deſcribere, quæ a ſoluta captivitate Babylonica *Perſis tributaria* fuit in re tam tenui, ut vexationibus ſannisque viliſſimorum vicinorum expoſiti eſſent Judæi, Nehemia ac Ezra teſtibus. TACITUS Hiſt. V. *dum Aſſyrios penes Medosque & Perſas Oriens fuit, deſpectiſſima pars ſervientium.* Quod vero ad Regum Perſidis Satrapas attinet, fuerunt illi *Satrapæ gentium Judæis finitimarum*, ab ipſis *Judæorum Satrapis* probe diſtinguendi. Etenim cum CAMP. VITRINGA in Hypotypoſi Hiſtoriæ & Chronologiæ Sacræ p. 111. & HERM. WITSIO Tom. *II.* Miſcellaneor. Sacror. exercit. *XI.* §. 22. ſeq. p. 290. regiminis Politici populi Dei eam *ſub Regibus Perſidis* putem fuiſſe rationem, ut Judæa gens ad modum aliorum populorum ab iis devictorum ſubfuerit *Satrapis ex ſua gente electis*, arbitrio Regum Perſidis ſubjectis, quorum nomine tributa Genti impoſita exigebant & in civilibus ac criminalibus a Senatibus Forenſibus jus dici, curæ habebant: id enim facile ex libris Ezræ & Nehemiæ colligere licet. Quos Satrapas ſive Duces aut Præfectos gentis probari nequit poſt Serubabelem *Davidica familia* fuiſſe progna-

tos

tos * quemadmodum in Syſtematibus Hiſtoriæ Sacræ licet nullo, quod ſciam, certo fundamento traditur. Sed quæret hic aliquis qua fide hæc HECATÆUS de *Regum Perſidis in gentem Judaicam importunitate* & *ſævitia* tradere potuerit? Memoriam mihi non præterierunt honores illi, quos aliqui Principes Judaicæ genti dicuntur detuliſſe, neque ampliſſima illa verba, quibus ornaverunt eorum religionem *Cyrus* Ezræ *I.* 2. *Darius* Ezræ *VI.* 6. & *Artaxerxes* Ezræ *VII.* 12. 21. Perſarum Reges in decretis ſuis in ſacra pagina poſteritati traditis. E quibus Cyrus proclamat *Dominum Deum Iſraëlis fuiſſe Deum* verum, & *Deum cæli*, ita Darius: & *Artaxerxes* in decreto ſive Epiſtola ad Ezram illum appellat *ſcribam legis Dei cæli*, & templum Hieroſolymitanum dicit *domum Dei* & *domum Dei cæli*. Ad hæc ea reſpon-

det

* Ita etiam nonnullis primæ eccleſiæ Patribus apud BARONIUM in apparatu ad annales eccleſiaſticos §. 3. viſum eſt. Ita Judæi, neſcio qua fide, ſuis Αἰχμαλωτάρχαις ſive ראשי גולה *capitibus captivitatis* jus *Babylone* dicentibus originem eandem tribuunt, quia dictum eſt, non recedet ſceptrum e Juda. Vide omnino IS. CASAUBONUM exercit. I. adv. *Baronium* n. 2. p. 17. CONST. L'EMPEREUR in notis ad *Benjamini* itinerarium p. 192. PRIDEAUX Tom. I. p. 193. HUETIUM in demonſtrat. Evang. Propoſ. IX. c. 4. §. 14. p. 350. ſeq. & Celeberrimum JAC. ELSNERUM in Commentatione in illuſtre Jacobi Oraculum Gen. XLIX. 10. eminentiſſimum veritatis Chriſtianæ propugnaculum nova ratione communitum §. 18.

det HUMFREDUS HODY in diſſertatione contra hiſtoriam *Ariſteæ* c. *XVIII.* p. 266. quæ HECATÆI fidei confirmandæ ſufficere crediderim: *Ut non eſt ambiguum*, inquit, *univerſos ſapientes viros cujuscunque gentis & religionis eundem Deum cum Judæis adoraſſe, Deum ſcilicet verum, creatorem omnium, in idolis enim cultum ſuum nullus omnium ſapientum terminavit unquam; ita minime dubito, quin omnes, qui in fide Judæorum exquirenda curioſiores fuerint, vel cum Judæis ſapientioribus de Deo diſcurſum iniviſſent, crediderint illos Deum verum coluiſſe. Quapropter non mirandum eſt, ſi ſupra dicti reges, Judæorum Deum habuerint Deum Optimum Maximum. Majorem vero difficultatem habere videatur, quod Artaxerxes legem Moſis vocet* legem Dei cœli, *quaſi illam crediderit dictatam ab ipſo Deo fuiſſe - - Ponamus Artaxerxem crediaiſſe Judæorum legem fuiſſe divinitus inſpiratam, quod minime certum eſt: eſt enim probabile Artaxerxem ipſum epiſtolam illam ad Ezram non præſcripſiſſe, ſed alii alicui, qui ipſi fuit ab Epiſtolis, & potuit Judæus eſſe, dediſſe in mandatis, ut ad Ezram Judæorum ſcribam de templo ædificando ſcriberet: quod etiam dici poſſet (ut humiliter concipio, melioribus me judiciis libenter ſubmiſſurus) de decretis Cyri & Darii, quos videtur omnino improbabile ſibi ipſis ſumſiſſe laborem decretorum ſcribendorum, atque ideo potuerunt negotium illud Judæis ipſis mandare, quippe ad quos ſpectarunt decreta illa. Si, inquam, ponamus, Artaxerxem*

ipſum

ipſum crediſſe, Judæorum legem fuiſſe revera legem & oracula Dei, conſtabit tamen illum ita non feciſſe ſine peculiari gratia Dei, quem S. Scriptura diſertiſſime teſtatur per ſingularem gratiam ſuam excitaſſe Cyrum, Darium & Artaxerxem Perſarum reges ad templum Hieroſolymis inſtaurandum.

Μὴ ἀρνούμενοι τὰ πατρῷα.] Hoc HECATÆI noſtri teſtimonium *de Judæorum in cuſtodiendis patriis legibus conſtantia* quantivis pretii faciunt EZECH. SPANHEMIUS in Chronologicis JOSEPHI, HUETIUS in demonſtrat. Evang. Propoſ. IV. c. 2. §. 16. GROTIUS de verit. relig. Chriſt. lib. I. §. 13. in notis (a). Ceterum quomodo inde argumentum repeti poſſit pro literarum ſacrarum præſertim in antiquo antiqui fœderis codice, & fide & divinitate pluribus demonſtravit inter Anglos CAROLUS WOLZELEY in der warhafftigen Glaubwürdigkeit heiliger Schrifft, P. II. c. 4. p. 381. Præterea miramur merito ſingularem illum inter *eventum rerum* hiſtoriamque, & inter *vaticinia*, quæ hac de re præceſſerant, *conſenſum.* Etenim poſt reditum populi ex exilio Babylonico vaticinia illa Deut. *XXX.* 1. 2. Eſaiæ *I.* 25. 26. *II.* 20. *IV.* 4. Jerem. *XXXI.* 9. Ezech. *XXXVI.* 25. Hoſeæ *II.* 18. 19. Zephan. *III.* 12. 13. viderunt implementum ſuum. Confer VITRINGAM Tom. *II.* Comment. in Eſaiam p. 182. Cauſas varias cur Judæi poſt illum reditum demum multo diligentius *patrias leges obſervarint*, expo-

nit

nit luculenter PRIDEAUX dans l'Hiſtoire des Juifs Tom. *II*. p. 246.

Τȣ̃ Βήλȣ] Recte de Babylone affirmavit Jeremias L. 38. *terra ſculptilium ipſa* (Babylon) *eſt*, & *in terriculamentis* (באימים idolis, præſtigiis) *inſaniunt :* eſtque hæc ipſa ratio, quare Babylon myſtice figuram geſſerit illius civitatis, quæ a Spiritu Apocal. XVII. 5. appellatur mater ſcortationum & abominationum terræ. Interim obſcura eſt *idololatriæ Babylonicæ* notitia; veteres enim de Chaldæorum vaticinationibus, præſtigiis, incantationibus & aſtrologiæ judiciariæ ſtudio verboſius loquentes, *idololatriam publicam* * & *domeſticam* ** *Babyloniorum* (quæ a Sapientium & Magorum ſtudiis diſtinguenda eſt) parcius memorant & deſcribunt. Ceterum, ut ad rem propius veniamus, cum omnes Orientales Populi *Solem*, vel *Deum in Sole* coluerint, eumque per ſimulacra expreſſerint, non eſt aliena a ratione ſententia, quæ ſtatuit BELUM Babyloniorum figuraſſe eundem Deum, Deorum ſummum, quem Græci Δία JOVEM vocarunt, cujusque ſedem Orientales populi putabant eſſe in *Sole*. Sic certe HERODOTUS, DIODORUS SICULUS, HESYCHIUS aliique rem acceperunt *** Conſtat autem

* *Publica Idola* erant magnitudine terribilia, præterea confecta ex auro & per τελετὰς θεȣργικὰς conſecrata,

** *Privata idola* ſive *domeſtica* ex ligno & argento, vel auro obducta.

*** Nimirum, uti recte obſervat Jo. CLERICUS in in-

autem vocem בל BEL contractam eſſe ex בעל Dominus * ex quo Beël & inde Bel, litera ע ſecundum morem Chaldæorum excidente. Equidem vetus traditio habet BELUM quendam Monarchiæ Babylonicæ primum conditorem ** hoc no-

dice Philol. ad STANLEJI Hiſtoriam philoſ. Orient. Græci barbara nomina eadem ac ſua eſſe credebant, & ita Barbarorum opiniones exprimebant, quaſi uſi fuiſſent vocibus Græcis Διός, Κρόνου &c.

* Vide JOS. SCALIGERUM lib. VI. de emendat. temp. p. 579. SELDENUM Synt. II. c. 1. p. 213. BOCHARTUM in Phaleg. lib. IV. c. 14. p. 263. Quo magis miror LUCAM CUPERUM in παρατίτλοις τῆς χρονολογίας p. 167. in tanta literarum luce *Beli*, hoc eſt *Nimrodi* nomen a Græcorum βέλος, hoc eſt *telum*, repetere velle, quia in venando, ut potentem *venatorem* decet, telis ſit uſus.

** Id recte ex Geneſ. X. 1. colligit CAMPEGIUS VITRINGA in Notitia Babylonis §. 8. & contra JO. MARSHAMI in Can. Chron. ſec. XVII. p. 508. ſtrophas tuetur. Ceterum cave confundas *Belum Aſſyriorum & Babyloniorum*. *Aſſur* poſt γλωττοσυγχυσιν Geneſ. X. 11. egreſſus e terra Sinear abiit in *Aſſyriam*, ubi condidit Niniven & prima fundamina Aſſyriaci regni poſuit, cultusque eſt ut *Belus Aſſyriacus*. *Nimrodus* poſt eandem γλωσσοσύγχυσιν manſit in terra Sinear, condidit porro *Babylonem* & prima fundamenta Chaldæi ſeu *Babylonici regni* poſuit, cultusque eſt ut *Belus Babylonicus*. Vide G. OUTHOVIUM in brevi delineatione Monarchiæ primæ ſeu Aſſyriacæ §. 10. & 11. p. 13. in Biblioth. Brem. Phil. Theol. claſſis V. faſciculo I. CAMP. VITRINGAM Tom. I. Comment. in Eſaiam p. 272. & quæ obſervavimus Tom. II. der Erörte-

nomine appellatum cultumque eſſe, ſed probe obſervandum, *idololatriam Orientalium* longe diverſam fuiſſe a Græcanica * quæ illuſtres homines fato functos religioſe colendos propoſuit. Orientalis idololatria verſata eſt circa *Naturas Cœleſtes* aut *Infernas* ſive *Subterraneas*. Nec tamen negandum BELUM aliquem exſtitiſſe, a quo Babylon origines ſuas repetiit, unde gens ipſa Babylonica antiquitatis nomine fuit celebrata Jerem. V. 15. qui deinceps cum BELO COELESTI confuſus fuit. Referas huc illud fragmentum ABYDENI apud EUSEBIUM de præparat. Evang. lib. IX. p. 456. JOS. SCALIGERUM inter fragmenta veterum JO. MARSHAMUM in Can. Chron. ſec. *XVII*. p. 587. JAC. USSERIUM in Annalibus V. Teſtam. p. 70. & HUGONEM GROTIUM de veritate religionis Chriſt. lib. *III*. §. 6.

rung der dunckelſten Schrifftſtellen des A. Teſtam. p. 765. Quantivis autem pretii hæc ipſa obſervatio eſt: nam ut recte judicat GUIL. TURCKIUS in ſpecimine Hiſt. Sacræ lib. II. ſect. 4. p. 154. *Aſſyriorum & Babyloniorum Origines* ideo in unum confuſæ ſint, quod *Beli cognomen* utrique & *Nimrodo* & *Aſſuri* commune fuit. Ceterum cur nulla ſit in monumentis Chaldæorum *Nimrodi* ſed ſolius *Beli* memoria, diſquirit BOCHARTUS in Phaleg. lib. IV. c. 14. p. 264. Neque vero audiendus eſt IS. VOSSIUS, qui in diſſertat. de ætate mundi c. 9. negat Nimrodum Belum fuiſſe.

* Confer inter alios STANLEJUM in Hiſt. Phil. Orient. lib. I. c. 38.

§.6. excerptum, & in præſenti noſtris obſervationibus illuſtrandum. Nimirum tradit, Regem Nebucadnezarem *κατασχεθέντα θεῷ ὅτεῳ δὴ* numine aliquo afflatum * hæc prædixiſſe: ἐγὼ Ναβουκοδρόσορος, ὦ Βαβυλώνιοι, τὴν μέλλουσαν ὑμῖν προαγγέλλω συμφορὴν ** τὴν οὔτε Βῆλος ***-ἐμὸς πρόγονος, οὔτε Βασίλεια Βῆλτις † ἀποτρέψαι μοίρας.

---

* Adumbrat ABYDENUS hiſtoriam Danielis IV. 26. quam non aſſequitur ſive culpa Chaldæorum, a quibus accepit, ſive ſua. Nam & ibi dicitur eum fuiſſe in regia ſua cum mente alienatus eſt, quod hic molliore interpretatione dicitur *κατασχεθῆναι θεῷ ὅτεῳ δή*. Quare præclaræ ſunt hæ reliquiæ. Ita judicat SCALIGER in notis ad hoc fragmentum inter alia veter. fragmenta p. 19. Atque hoc judicium SCALIGERI multo modeſtius eſt veriusque illo VITRINGÆ, qui P. II. Comment. in Eſaiam p. 417. de fide fragmenti ABYDENI male exiſtimat, ut jam nihil dicam de JAC. BASNAGIO, qui dans l'Hiſtoire des Juifs lib. VII. c. 9. §. 8. p. 249. eandem cum VITRINGA ſententiam tuetur.

** Verba Dei apud Eſaiam XLVII. 11. Babyloni hunc in modum minantis: *cadet ſuper te ærumna, quam non poteris expiare*, ex hoc loco ABYDENI vel ipſo VITRINGA judice egregiam lucem accipiunt. Vox הוה proprie notat *infortunium*, *συμφοράν*: quod autem additur: *quam non poteris expiare*, idem valet ac ſi ſcriptum eſſet *ἀποτρέψαι* avertere. Eſt hic loci removere & *per qualecunque piaculum averruncare*, uti ſibi Teleſtæ eam vim datam eſſe credebant.

*** *Belus* utique Jovem ſive *Solem* denotabat: id quod notius, quam ut probetur.

† Eſt autem Βῆλτις eadem, quæ *Aſtarte* Syrorum &

μοίρας * θείνουσι πᾶσαι ἥξει Πέρσης ἡμίονος **

τοῖσι

Byblienſium Βααλτὶς apud EUSEBIUM. Formatum eſt nomen ex בעלתה Syrorum, & ſecundum conjecturam THOMÆ HYDE de relig. veter. Perſ. c. 2. p. 67. ingreditur compoſitum nomen, quod apud aulam Babylonicam impoſitum eſt Danieli בלטשאצר *Beltſcazar* ex *Beltis* & *Azar* אזר qua voce, uti idem HYDE oſtendit, Orientales *Martem* notabant. Etiam SCALIGER l. c. prius putavit Βῆλτις eſſe membrum cognominis Danielis, ſed ut idem SCALIGER pergit ט eſt radicalis, at ταῦ in Βῆλτις eſt παραγωγικόν. Itaque Βῆλτις non eſt prius membrum cognominis Danielis. Rurſus Daniel ipſe cap. IV. 5. dicit eſſe nomen Dei non Deæ. Ergo בל fuerit Βῆλος, בלה Βῆλτις. Quicquid autem ejus rei erit in cognomine Danielis, certè Βῆλτις eſt *Juno* ſive *luna*. Vide SELDENUM Synt. II. c. 2. p. 245. SCALIGERUM l. c. STANLEIUM in Hiſt. philoſ. Orient. lib. I. ſect. 2. c. 36. BOCHARTUM in Canaan lib. II. c. 2. p. 786. VOSSIUM de orig. & progr. idolol. lib. 2. c. 21. p. 412. JO. GERH. MEIERUM in diſſertatione de ſacello & baſi idolorum ex vaticinio Amoſi V. 26. cum Stephani allegatione Actor. VII. 43. collato §. 4. p. 15.

* Μοίραι ab Aſtrologis ad æthera reducuntur, ad ſiderum poſituram. Vide VOSSIUM lib. II. cap. 44. p. 549. & inſignem CENSORINI locum apud STANLEIUM lib. I. ſect. 2. c. 19.

** Qui Cyrus eſt: erat enim Περσομήδης, Patre Perſa Cambyſe, matre Meda Mandane genitus. Unde oraculum: ἀλλ᾽ ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται.

τοῖσι ὑμετέροισι δαίμοσι * *χρεώμενος συμμάχοισιν, ἐπάξει, τὴν δουλοσύνην, ego Nabucodroſorus, o Babylonii, imminentem vobis prænuncio calamitatem, quam ut arceant Parcæ ſive Fata, nunquam eas (ea) aut Belus generis noſtri auctor, aut Regina Beltis permovere poterunt. Perſicus veniet mulus, qui veſtris Diis utetur adverſus vos pugnantibus, & ſervitium imponet.* Tanto autem præclarius eſt hoc ABYDENI teſtimonium, quanto certius eſt apud Eſaiam *Bel* & *Nebo* ** c. *XLVI.*

* *Fateor*, inquit VITRINGA l. c. *me non aſſequi quod hic ſcribitur, Cyrum ipſis Babyloniorum* Diis adjutoribus, *Babylonem capturum eſſe:* at vero nulla eſt hic difficultas, aut verborum obſcuritas. Quamvis enim Chaldæi (ex quorum mente & inſtitutis hic loquitur Nebucadnezar) crederent in ſimulacris Deorum, quæ *Teleſtæ* obſervato cœli & ſtellarum ſtatu figuraſſent, & per artem Magicam conſecraſſent, ipſos Deos nunquam non præſentes eſſe, ejusque rei cauſa iſtiusmodi **τελέσματα**, ſive **ϛοιχειώδη τῆς πόλεως φυλακτήρια** in templorum penetralibus intimis collocaſſent, tanquam *regni ſacra pignora* & *gentis arcana:* ſemper tamen ſoliciti erant de *emigratione Deorum*, ſiquidem Dii vel ſua ſponte, vel per *certa* hoſtium *carmina* evocati urbibus captis excederent, ut transfugæ & proditores. Plura hanc in rem obſervavi in ſingulari *diſſertatione de utriusque Babylonis Antiquæ & Novæ ſive Myſticæ hoc eſt Romæ Pontificiæ* **Τελέταῖς θεουργικαῖς** *ſive conſecrationibus Magicis Imaginum* ad illuſtrationem Eſaiæ XLVII. 8-13. & plurium in utroque Fœdere locorum.

** Quæ HIERONYMUS hic habet de *Nebo* Moabita-

c. *XLVI.* 1. 2. eadem eſſe Chaldæorum numina, quæ ABYDENUS Βῆλος & Βῆλτης appellavit.

Πεπτωκὸς ἱερὸν.) Recte ſcripſit ÆGIDIUS CAMERTUS in lib. de reb. Eliæ c. 8. *templa Dæmonibus exſtrui coeperunt longe ante Moſis tempora, atque adeo ipſis naſcendis idololatriæ crepundiis.* Et paucis interjectis: *vix cœpit idolorum ſervitus* (ſub Nino ſcilicet & Belo) *quin illico*

rum monte, digna non ſunt relatu, & miror a SELDENO de Diis Syris Syntagm. II. c. 12. repeti. THOM: HYDE de relig. Vet. Perſ. c. II. p. 67. per *Nebo Mercurium* intelligit, quem Orientales certe Phœnices & Syri *Soli* tanquam aſſeſſorem dederunt, uti ex Oratione JULIANI obſervat BOCHARTUS Canaan lib II. c. 8. JOANNES autem SPENCERUS lib. III. diſſert. 7. c. 3. ſect. 10. illud idolum *Nebo*, cui nomen a נבא *prophetare & vaticinari* ſit inditum, imaginem conjicit fuiſſe oracula fundentem. At enim multo probabilior eſt ſententia, per *Nebo* deſignari *Junonem*, ſive *lunam*, מלכת שמים *reginam cœlorum*, a Babyloniis, ac Meſopotamenis & ab Aſſyriis quoque ac Syris omnibus ſub nomine *Veneris cœleſtis* cultam, quia *Belo* commodiſſime jungitur. Etymon nominis forte arceſſendum erit ex נוב *provenire, pullulare*, & forte geminata ſignificatione, *fructuoſum, frugiferum, fertilem* reddere, quod attributum *Lunæ* veteres agnoverunt. Confer GERH. JO. VOSSIUM lib. II. de orig. & progr. idolol. c. 7. p. 347. c. 22. p. 414. VITRINGAM Tom. II. Comment. in Eſaiam p. 514. & Tomum noſtrum II. der Erörterung der dunckelſten Schrifftſtellen des Alten Teſtam. p. 525.

illico exædificatum fuerit templum magnificentiſſimum teſtibus HERODOTO *lib. I. &* DIODORO *Biblioth. Hiſt. lib. III.* c. 4. Confer de hoc magnifico Beli templo JO. MARSHAMUM in Can. Chron. ad Sec. *XVIII* p. 585. 591. STANLEJUM Hiſt. Phil. Orient. lib. *I.* ſect. *II.* c. 32. p 261. PRIDEAUX dans l'Hiſtoire des Juifs Tom. *II.* p. 175. ſeq. Nimirum *Beli templum* fuit *Babylone* æreis portis, figura quadrata duorum undique ſtadiorum amplitudine: in eodem templo, ſive fano quodam inferiore ad magnificum illud Beli templum pertinente *ſtatuæ, menſæ, ſellæ* * *carcheſia, crateres* ex ſolido auro fuere, quarum pretium ex CTESIÆ ſupputatione æquabat fere quatuor aureos milliones monetæ noſtræ, obſervante BOCHARTO Phaleg. lib. *IV.* c. 13. p. 262. Hocce autem templum Nebucadnezar egregiis templi Hieroſolymitani ſpoliis ornavit, uti legimus 2. Chron *XXXVI.* 7. & Danielis *I.* 2. & vel ex BEROSI *ἀποσπασματίῳ* apud JOSEPHUM Antiq. lib. X. c. 11. SCALIGERUM inter Veterum fragmenta, JO. MARSHAMUM in Can. Chron. p. 585. ſec. *XVIII.* BOCHARTUM Pha-

* *Aurea illa ſupellex* ſatis luculenter innuit, *Babylonios* cum aliis gentibus non dubitaſſe, quin Dii in *dedicatione templorum* invocati, illuc ſe conferrent, ſupervenirentque, & ſive decumbere & ſedere, ſive ſtare vellent, præſentiam ſuam templis præſtarent. Vide omnino JO. SELDENUM lib. III. de Synedriis vet. Hebr. c. 14. §. 6. p. 286. & JOANNEM SPENCERUM in præfat. diſſertationis 6. libri III.

Phaleg. lib. *I.* c. 5. p. 27. & GROTIUM de verit. relig. Chriſtianæ lib. *III.* §. 16. facili negotio probare poſſumus : ſed, uti SCALIGER obſervat in notis ad fragmenta p. 12. templum illud Beli annis *CXX.* poſt a Xerxe ſolo æquatum eſt, cum aliis idolorum fanis: qua de re agit Eſaias *XLVI.* 1. Non meminit exſertis verbis HERODOTUS (vide JO. MARSHAMUM in Can. Chron. ſec. *XVIII.* p. 591.) licet ſtatuæ aureæ ab illo e templo Beli ſublatæ (hanc autem PRIDEAUXIUS Tom. *II.* de l'Hiſtoire des Juifs p. 180. de Coloſſo illo aureo Nebucadnezaris, quem luculenter admodum deſcribit Daniel *III.* 1. ſeq. intelligit, collato inprimis DIODORO SICULO lib. *II.*) mentionem faciat lib. *I.* p. 84. ſed meminerunt STABO & ARRIANUS. Ille quidem magis ambigue lib. *XVI.* p. 508. addens ὡς φασὶ ſed hic in expedit. Alex. lib. *VII.* c. 17. diſertis verbis : τοῦτον τὸν νεὼν, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα ἱερὰ τῶν Βαβυλωνίων Ξέρξης κατέσκαψεν, *hoc templum, ut & cetera Babyloniorum fana Xerxes ſubverterat, cum ex Græcia reverteretur.* Confer USSERIUM in annalib. Vet. Teſt. p. 104. Probabile eſt, fuiſſe Xerxem, cum tempore Alexandri templum hoc jam deſtructum fuiſſe, omnes conſentiant; deſtrui autem non potuerit, niſi ab Imperatore aliquid Perſa: *Xerxem* vero in aliorum etiam Deorum templis ſimilia edidiſſe facinora, conſtet. DIODORUS SICULUS *ſacrilegium*, quod ipſe vocat, generatim refert lib. *II.* p. 96. ad *Reges Perſarum:* imo vero PLUTARCHUS in

 Apo-

Apophthegmatibus p. 173. exſertis verbis ſcribit, *Xerxem* Babyloniis ob *defectionem* iratum (quam credibile eſt defectionem iteratam illos inſtituiſſe poſt cladem acceptam a Græcis) cum urbem redegiſſet in poteſtatem, juſſiſſe illos fidibus & fiſtulis canere, lenocinium & cauponam exercere, ac tunicas geſtare ſinuoſas; ſimul interdixiſſe armorum geſtatione: quod ipſe ita exprimit: προσέταξεν ὅπλα μὴ φέρειν. Et profecto crudelitas & ſeveritas hujus Regis dubitare nos non ſinit, quin vindictæ ibi notabilia ediderit exempla. Cum hoc ſtatu eſſet *Babylon* & forte *portæ* ejus a Dario Hyſtaſpis dirutæ * cum tempore quadantenus eſſent *inſtauratæ*: videbatur Urbs Alexandro poſt Darium victum tradita, meliora ſibi fata potuiſſe polliceri. Conſtituerat enim ille Aſiæ Dominus, *Babylonem* rurſus facere tanti Imperii ſedem: nec tantum, ſed & Auguſtum *Beli* templum fœde dirutum *inſtaurare*, & efficere etiam, quam fuerat, auguſtius: idque jam fieri juſſerat, antequam expeditionem in ſuperiorem Aſiam & Indiam ſuſciperet. Unde redux Babylonem incolumis, cum opus illud ex voto ejus non proceſſiſſet, ὁ δὲ τῇ στρατιᾷ πάσῃ ἐπενόει τὸ ἔργον ἐργάσασθαι, *cum univerſo exercitu opus illud aggredi cogitavit.* Sic ARRIANUS l. c. cujus verba recte accepit VULCANIUS & JAC. USSERIUS in annalibus Vet. Teſtam. p. 220. Milites enim omnes, qui ad manus erant, operis hiſce

* Vide HERODOTUM lib. III. cap. 159.

hiſce adhibere voluit: quod quidem liquet ex hoc luculento HECATÆI ABDERITÆ teſtimonio a SCALIGERO in notis ad veterum fragmenta p. 12. & VITRINGA Tom. *I.* Comment. in Eſaiam p. 421. laudato. Atque hoc opus ſi ſucceſſiſſet huic Principi & Babylone longius tempus regnaſſet: poterat rurſus hæc urbs adſpirare ad gloriam & magnificentiam priſtinam. Sed diſplicuit (ut ait VITRINGA l. c.) conatus Deo, qui *perfectum implementum* præſtare voluit *vaticiniis* * & huic Principi fuit fatalis, qui brevi

* Eſaiæ XIII. 21. XLVII. 1. ſeq. Jerem. LI, 37. 62. 64. Pſalm. CXXXVII. 8. Quando vero SCALIGER in notis ad veterum fragmenta p. 18. pœnam Babylonis toties a ſcriptoribus ſacris prædictam, tandem remiſſam eſſe autumat, merito confutatur a VITRINGA Tom. I. Comment. in Eſaiam p. 421. & CHRISTOPH. CELLARIO in diſſertatione de captivitate Babylonica §. 16. quibus adde quæ de *exſcidio Babylonis* obſervat USSERIUS in Annalib. V. T. p. 70. PRIDEAUX Tom. II. p. 566. BOCHARTUS in Phaleg. lib. IV. c. 15. p. 265. HUETIUS in demonſtrat. Evang. Propoſ. VI. p. 268. MARSHAMUS in Can. Chron. ſec. XVIII. p. 627. JO. GREGORIUS in notis & obſervationib. in loca aliquot S. Scripturæ c. 29. CONSTANT. L'EMPEREUR ad *Benjamin Tudelenſem* p. 76. AUG. CALMETUS ad Eſaiæ XIII. 19. ABRAH. PUNGLERUS in binis Orationibus de Babele, JO. van der WÆYEN in Oratione de Eccleſiæ ex utraque Babylone exitu. Ceterum cum Deus ſubinde per Prophetas ſuos Jerem. L. 8. LI. 6. 9. 45. Zachar. II. 6-9. *Judaeos Babylone* adhuc commorantes monet,

brevi poſt interiit, & cum morte ſua *Babylonis fatum* promovit. Nolebat Deus imperium Orientis inſtaurari Babylone urbe devota excidio. Conferatur PRIDEAUX Tom. II. p. 473.

Μόνȣς τȣ̀ Ἰȣδαίȣς ȣ̓ προσχεῖν.] Utrum vero intelligat Judæos, quos Nabuchodonoſor in Babyloniam deportavit * an qui ſtipendia in ejus exer-

ut inde fuga propere ſe ſubducant, calamitas illa publica Babylonis intelligenda videtur, quæ paulo poſt a *Dario Babylone capta* contigit, vide JAC. USSERIUM in annalib. Vet. Teſtam. p. 90. & PRIDEAUX Tom. I. p. 340.

* Judæorum Babylonem abductorum per Nebucadnezarem ſatis tolerabilis conditio fuit ibidem. Nam Nebucadnezar his aſſignavit τȣ̀ς ἐπιτηδειοτάτȣς τῆς Βαβυλωνίας τόπȣς *commodiſſima Babyloniæ loca*, ut eſt in fragmento BEROSI, apud JOSEPHUM SCALIGERUM inter fragmenta veterum, ut JO. MARSHAMUM in Can. Chron. ſec. XVIII. p. 585. & ex ipſo etiam Ezechiele, & Jeremia XXIX. 4. 5. liquet. Non venditi ſub corona, non tractati paſſim ut ſervi, ſed miſſi in ἀποικίας *colonias* una habitarunt, haud dubie Rectoribus uſi ſuæ gentis, certe doctoribus, ſacra celebrarunt, rem etiam fecerunt Deo favente. Eſt GEORGIUS ERICIUS PHALETRANUS, qui hac de re erudite commentatus eſt in tractatu de ablatione ſceptri Judaici cap. 9. 10. in quo ſimul quæſivit *de ſtatu Judæi populi in exilio Babylonico*, oſtendens pluribus, quantum ſtatus hic populi ab eo *veræ ſervitutis* diſtulerit. Confer VITRINGAM Tom. I. Comm. in Eſaiam p. 427. & Tom. II. p. 527. Quæ cum ita ſint, multi Judæi Babylone quam in patriam redire ibique vivere maluerunt. Vide omnino WITSIUM Tom. *II.* Miſcell. Sacr.

exercitu faciebant, id vero dubitari poteſt. Scimus enim ex HECATÆO Judæos ſub Alexandro & ejus ſucceſſoribus militaſſe. Hactenus SCALIGER in notis ad veter. fragmenta p. 12. ipſum vero hunc HECATÆI locum laudat PRIDEAUX dans l'Hiſtoire des Juifs Tom. II. p. 474. quando autem JAC. BASNAGIUS dans l'Hiſtoire des

exercit. XI. §. 15. p. 286. interim audire juvat PRIDEAUXIUM Tom. I. p. 245. *Il eſt certain, que malgré les divers Edits des Rois de Perſe en faveur des Juifs, qui leur accordoient le retour dans leur patrie, il y en eut un grand nombre qui refuſerent d'en profiter; & qui aimerent mieux demeurer dans la Chaldée, dans l'Aſſyrie & dans les autres provinces Orientales, où ils avoient été transportez. Il eſt même fort apparent, que ce furent les plus conſiderables & les plus riches qui prirent ce parti. Il eſt aiſé de croire, qu'aiant acquis des maiſons & des terres dans ce Païs-la, ils n'étoient gueres diſpoſez à quitter de bons établiſſemens pour aller défricher & cultiver un Païs, qui avoit été abandonné & laiſſé en friche pendant un ſi grand nombre d'années. Mais de quelque ordre qu'ils fuſſent, il eſt certain qu'il y en eut un grand nombre qui reſterent en Aſſyrie & ne revinrent jamais dans leur patrie. On peut juger par la famille d'Aron, que le nombre de ceux qui réſterent étoit beaucoup plus grand que de ceux qui retournerent. Car de XXIV Claſſes des enfans d'Aaron, qui furent transportées, il n'en revint, comme nous venons de le voir, que quatre. C'eſt ce qui fit, que pendant tout le tems du ſecond Temple & plusieurs années après, les Juifs s'accrurent ſi fort dans la Chaldée, dans l'Aſſyrie, & dans la Perſe qu'ils paſſoient pour être en beacoup plus grand nombre que les Juifs de la Paleſtine, dans le tems même que la Judée étoit la plus habitée.*

des Juifs lib. *VII.* c. 6. §. 8. p. 132. ad eundem HECATÆI locum pervenit, id dedit operam, ut ejusdem HECATÆI verba magis magisque videretur explanaſſe: *On ſait aſſez que les Juifs étoient nombreux à Ninive & à* Babylone. *Outre ceux qu'on y avoit transportez au tems de la Captivité, nous venons de voir qu' Artaxerxes y fit paſſer une nouvelle Colonie de cette Nation, qui dut la rendre encore plus conſidérable. Ils eurent le Courage de réſiſter à Aléxandre le Grand, Maître & Vainqueur de tant de Nations, qui voulut faire rebâtir à Babylone un* Temple de Belus; *car pendant que tous les autres Peuples s'empreſſoient à fournir & à porter les Matériaux neceſſaires à cet Edifice, les Juifs ſeuls refuſérent ce Travail, parce qu' il y attachoient quelque Tache d' Idololatrie; ce qui les rendit odieux & les expoſa au Inſultes du Peuple.* Hecatæus *inſinue deux choſes:* I. *l' une que cette Multitude d' Ouvriers, qui réſiſta à Aléxandre le Grand, ne demeuroit pas à Babylone, mais ils avoient leur Pais ou leur Canton, d' où on les avoit fait venir pour travailler au Temple; & il eſt très apparent qu'on les fit venir de* l'Aſſyrie *& des Bords* du Chaboras, *où nous les avons placés, parceque cette Province n'étoit pas ſi éloignée de l'Euphrate & de Babylone.* II. *l' autre, que cette Province étoit grande, puisqu' il y avoit pluſieurs Satrapes; car lorsque les Juifs, qu'on avoit appellez à Babylone, furent de retour chez eux, ils renverſérent tous les Temples & les Autels conſacrez aux Ido-*

Idoles ; mais les Satrapes Satrapes paiérent l'Amende pour les uns, & obtinrent grace pour les autres.

Πολυανθρωπότατον γεγονέναι ἡμῶν τὸ ἔθνος.] Cum ex HECATÆO appareat, *tot Judæorum* in toto terrarum orbe quoquoverſum ſpectes, exſtitiſſe *colonias*, miramur ſane divinam ſupremi Numinis curam in via, quæ gentes ſenſim ſenſimque ad cœleſtem veritatem ducebat, & aperienda & communienda. Talmudici *Proſelytos*, qui religionem Abrahami ſuſcipiunt *ex amore & corde integro* מאהבה ומלב שלם diſtinguunt a *proſelytis leonum*, *feneſtrarum* & *Mardochæi* ac *Eſtheræ*, ſive etiam *Davidis* ac *Salomonis*, qui moti externis cauſis *metus*, *voluptatis*, *utilitatis* aut *proſperitatis publicæ Hebræorum* ad Judæos tranſeunt, de quibus videndi SELDENUS de J. N. & G. lib. *II.* c. 2. ALTINGIUS in diſſert. de Proſelytis §. 20. Inde illuſtrare poteris verba Chriſti Matth. *VIII.* 12. ſuffragante J. B. CARPZOVIO in notis ad *Schickardi* jus regium p. 325. Quid quæris? Frequens in Actibus Apoſtolorum fit mentio certi hominum generis, qui σεβόμενοι vel φοβȣ́μενοι τὸν θεὸν appellantur. Ita Paulus Actor. *XIII.* 16. non tantum *Iſraëlitas*, ſed ſigillatim etiam τȣ̀ς φοβȣμένȣς τὸν θεὸν allocutus eſt. Lydia πορφυρόπωλις, cui attendenti verbo Evangelii Deus cor aperuit, σεβομένη τὸν θεὸν vocatur Actor. *XVI.* 14. Sic Actor. *XVII.* 4. legimus nonnullos Judæos Pauli Silæque partibus acceſſiſſe, τῶντε σεβομένων ἑλλήνων πολὺ πλῆθος. Et com-

commate 17. ejusdem capitis, Paulum in Synagoga non ſolum *Judæis*, ſed etiam τοῖς σεβομένοις Evangelium prædicaſſe. Subſequente capite *XIIX*. 7. dicitur Paulus in domum cujusdam σεβομένου τὸν Θεὸν intraſſe, cui nomen Juſti erat. Ejusmodi autem σεβόμενοι vel φοβούμενοι τὸν Θεὸν haud poſſunt eſſe alii quam *Proſelyti portæ*, uti in antiquitatibus veterum Hebræorum appellantur. Atque hoc ipſum vix aliunde magis fit manifeſtum quam ex Actor. *XIII*. 16. ubi Apoſtolus univerſum Judæorum cœtum in Synagoga Antiochena congregatum ἐμφατικῶς diſtinguit in ἄνδρας Ἰσραηλίτας & in τοὺς φοβουμένους τὸν Θεόν. Nam ne eosdem putes *viros Iſraëlitas & timentes Deum*, Apoſtolus intercedit, cum addit καὶ οἱ φοβούμενοι τὸν Θεόν. Aliis præterea titulis inſigniebantur & vocabantur ἄνδρες εὐλαβεῖς aliquando cum hoc additamento ἀπὸ παντὸς ἔθνους τοῦ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν Actor. *II*. 8. quod ipſum eſt vocabulum a Rabbinis iis tributum מחסדי אומות לעולם *ex piis nationum mundi*, nec non προσερχόμενοι τῷ Θεῷ *accedentes ad Deum* Ebr. *XI*. 6. Ceterum Hebræi *proſelytos* ſuos, quos גרים *peregrinos* appellabant, diſtinguunt nomine צרק *juſtitiæ* ac ברית *fœderis*, vel תושב *domicilii* adjecto. *Proſelyti juſtitiæ*, qui & גרים גרורים dicti, hoc eſt *proſelyti tracti*, Gem. Avoda Zara 24. 1. Gem. Jevamoth 79. 1. Confer Joann. *VI*. 44. & RELANDUM in Antiquitatibus S. veterum Hebræor. delineatis P. II. c. 7. §. 14. p. 230. univerſum ritum Judaicæ religionis ſuſcipiebant. Sic de tempore Aſſue-

Aſſueri ſive Xerxis in libro Eſtheræ *VIII.* 17. *& multi ex populis terræ ſiebant* Judæi מתיהדים uti jam obſervavit SELDENUS, qui de hoc nomine & re verboſe diſſerit de Jure Nat. & Gent. lib. *II.* c. 4. Aliter autem comparati erant *Proſelyti portæ*, qui גרי תושב vel גרי שער dicebantur, vocati inſuper חסידי אומות העולם *pii gentiles ſeculi* & צדיקי אמות העולם *juſti gentiles ſeculi*, qui etiamſi circumciſionis ritum haud admitterent idololatriæ, tamen renunciaverant, & Deum Iſraëlis caſto affectu colebant, veluti Cornelius Actor. X. 1. TACITUS Hiſt. l. V. cap. 5. in hiſtoria gentis Judaicæ: *nam peſſimus quisque* (loquitur de Proſelytis) *ſpretis religionibus patriis tributa et ſtipes illuc* (Hieroſolymam) *congerebant, unde auctæ Judæorum opes*, quos ille Proſelytos mox appellat *transgreſſos in eorum morem.* Cumque incredibilis *proſelytorum portæ* numerus per omnes deinde Imperii Romani provincias eſſet, & hi doctrinæ Chriſtianæ ab Apoſtolis annunciatæ minus ſeſe opponerent, quam *Judæi veterani*, legis Moſaicæ auctoritate occæcati tanta facilitate, τȣ̃ Κυρίȣ συνεργȣ̃ντος καὶ τὸν λόγον βεβαιȣ̃ντος ad ſacra Chriſtianorum amplectenda adducti ſunt, ut aliquot ſæpe fidelium millia Eccleſiæ ex gentibus acceſſiſſe legamus. Et quia tales proſelyti Deum verum quidem colebant, nec tamen inter Judæos numerabantur, ſed ubique fere ab iis diſtinguuntur, Actor. *XIII.* 43. commemorantur Judæi iisdemque opponuntur οἱ σεβόμενοι προσήλυτοι, qui Paulum &

Barna-

Barnabam ſequebantur. Sic verſu 16. ejusdem capitis Paulus orationem ſuam hoc alloquio orditur: ἄνδρες Ἰσραηλῖται καὶ οἱ φοβούμενοι τὸν Θεὸν, id eſt ſecundum SAL: DEYLINGIUM P. *II.* Obſervat. Sacrar. p. 357. *proſelyti portæ.* In eundem ſenſum verba verſus 26. ſunt interpretanda: ἄνδρες ἀδελφοὶ, υἱοὶ γένους Ἀβραὰμ, καὶ οἱ ἐν ὑμῖν φοβούμενοι τὸν Θεόν. Cauſa diſtinctæ hujus appellationis erat, quod in Synagogis, in quibus Paulus prædicabat, ex una parte ſedebant Iſraëlitæ, qui religione Judæi & ex Abrahamo oriundi erant; alteram vero Synagogæ partem occupabant Proſelyti, qui cum Judæis ad audiendam ſingulis ſabbatis legem in Synagogas confluebant, ibidemque ſeparatum a Judæorum ſubſelliis locum tenebant. Videatur PETRUS JURIEU dans l'Hiſtoire Critique des dogmes & des cultes de l'Egliſe P. *I.* c. 7. p. 46. & Actor. *XIII.* 46. *XVII.* 17. ex quibus locis manifeſtum eſt in Synagoga Antiochena præter Judæos fuiſſe etiam gentiles, ad quos Apoſtolorum oratio ſe convertebat, cum Judæi Evangelium audire nollent.

Εἰς Βαβυλῶνα.] Laudant hunc HECATÆI locum H. GROTIUS libro *III.* de veritate relig. Chriſt. §. 16. not. b. JAC. USSERIUS in annalibus mundi p. 155. PRIDEAUX Tom. *II.* p. 393. Quandoquidem autem CHRISTOPH. CELLARIUS affirmat in diſſertatione de captivitate Babylonica §. 19. Babylonis ruinas omnes ſub Perſico Imperio reparatas fuiſſe, vel ex hoc HECATÆI teſtimonio conſtabit, Perſas eodem

conſilio

conſilio tot myriadas Judæorum Babylonem miſiſſe. Sed quæret aliquis, quænam inprimis tempora reſpiciat HECATÆUS noſter? Reſpondet USSERIUS l.c. p.155. Artaxerxes Ochus tota Aegypto occupata, Græcos, quorum opera militiam confecerat, pro merito cujusque muneribus ampliſſimis honoratos in patriam dimiſit, ipſe gloria clarus ſpoliisque onuſtus *Babylonem* cum exercitu rediit. (DIODORUS ann.3. Olymp.107.) eo vero partem quandam Judæorum captivam ſecum abduxit; ſic enim ex JULIO AFRICANO retulit GEORGIUS SYNCELLUS, & multarum quidem myriadum a Perſis in Babyloniam traductarum in libro de Judæis HECATÆUS ABDERITA meminit. Prætereo nunc quidem quæ JO. LIGHTFOOTUS in Horis Hebr. ad Joannis *VII.* 35. de διασπορᾷ Judæorum Babylone obſervavit, * nec diſce-

* En Ejus verba: *ego* διασποράν Ἑλλήνων *ſtatuerim in Antitheſi ad* διασποράν Βαβυλονίων καὶ Περσῶν: *diſtinctio iſta inter* Hebræos *&* Helleniſtas *rem eloquitur. Judæi* diſperſionis primæ *in* Babylonia *ſcilicet*, Aſſyria *& regionibus adjacentibus dicti ſunt* Hebræi, *quia uſi ſunt lingua Hebræa vel Transeuphratenſi: & quomodo in iſtas regiones ſint primum diſperſi, bene novimus, abducti ſcilicet per* Babylonios *&* Perſas. *Aſt illi qui inter Græcos ſparſi, idiomate uſi ſunt Græco, & vocantur* Helleniſtæ: *& non facile eſt dicere, quonam modo illi ita inter eos aliasque quidem gentes ſparſi. Illi qui* Palæſtinam *habitabant*, Hebræi *quidem erant, quoad linguam, at non erant de* διασπορᾷ *vel hac vel illa, quia in propria terra habitabant. Jam vero* diſperſio babylonica, *Palæſti-*

diſceptabo, num ad has Judæorum Babylonem miſſas colonias referenda ſint verba Eſaiæ *XXVI.* 6. *conculcabit illam pes : pedes inopis, veſtigia tenuium*: illud tamen certum eſt, magnam Judæorum multitudinem ex eo tempore Babylone conſediſſe, PHILO in libro de legatione ad Cajum: ἤδει γὰρ Βαβυλῶνα καὶ πολλὰς ἄλλας τῶν Σατραπειῶν ὑπὸ Ἰουδαίων κατεχομένας, οὐκ ἀκοῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ πεῖρα, *nam compertum habebat, Babylonem & multas alias Satrapias a Judæis teneri, non ex fama tantum, ſed & per experientiam.* Idem repetitur deinceps in literis Agrippæ ad Cajum. JOSEPHUS Antiquitat. lib. XV. c. 2. in hiſtoria Hyrcani comiter habiti a Rege Parthorum, cum inter eos verſaretur: διὰ τοῦτο δεσμῶν μὲν ἀφῆκεν, ἐν Βαβυλῶνι δὲ καταγεσθαι παρεῖχεν, ἔνθα καὶ πλῆθος ἦν Ἰουδαίων, *propterea vinculis ſolutum permiſit degere Babylone, ubi magna erat Judæorum frequentia.* Sed legendus eſt

...næis illis viſa & habita eſt nobilior, celebrior, ſanctior quam diſperſio inter Græcos. Terra Babylonica *eodem gradu puritatis, quo terra Iſraëlitica*, R. Sol. *in* Gittin. fol. 2. 1. *Et progenies Judæorum* in Babylonia *clarior quam inter Græcos & purior quem in ipſa Judæa.* Kiddush. *fol.* 69. 2. *Unde Judæo Paliſtinæo ire ad* diſperſionem Babylonicam, *erat ire ad populum & regionem ſuis æqualem, ſi non digniorem: ad ire ad diſperſionem Græcam, erat ire ad regiones immundas, ubi ipſe pulvis terræ inquinabat, erat ire, ad progeniem Judæorum inferiorem & ſanguine impuriorem: erat ire inter gentes ethniciſſimas.* Confer plures auctores laudatos a JOANNE LUNDIO in den Jüdiſchen Heiligthümern lib. IV. c. 21. p. 835. ſeq.

eſt maxime hic ſcriptor in famoſa Hiſtoria Aſinæi ac Anilæi lib. *XVIII.* c. 12. Interim Judæi illi Babylonis quippe urbis excidio devotæ; cives atque incolæ Deum ibidem experti ſunt iratum, atque adeo ſub Cajo coacti urbem deſerere, conceſſerunt Seleuciam & ibi maximam partem invenerunt ſuum fatum. Ad quam JOSEPHI hiſtoriam ſi recte attendiſſet LIGHTFOOTUS forte cum pluribus aliis * non ſtatuiſſet in Hor. Hebr.

---

* Inter hos eſt BASNAGIUS dans l'Hiſtoire des Juifs lib. VII. c. 6. §. 11. p. 135. cujus hæc verba ſunt; *Il étoit beaucoup plus naturel à cet Apôtre de paſſer d'Antioche, où il fit un aſſez long Séjour, dans l'Orient, où il y avoit un ſi grand Nombre de Juifs des dix Tribus, qui étoient plus diſpoſez que les autres à recevoir l'Evangile. La Tentativ & l'heureux Succès, que St. Pierre en avoit fait à Jeruſalem par un ſeul ſermon, devoit l'encourager à faire ce voiage -- La lettre de St. Pierre addreſſée aux Egliſes de Pont, de Galatie &c. ſont une Preuve, qu'il les avoit fondées; car il parle de leurs Tentations & de leur Joie, qui ne pouvoit lui être bien connuë que par le Commerce qu'il avoit eu là.. Etant voiſin de l'Euphrate, il étoit naturel de voir les dix Tribus diſperſées en ces Lieux. Il importe peu de ſavoir quel Nombre d'Habitans Babylone renfermoit allors. Elle contenoit encore dix-neuf Heures de Tour, & elle pouvoit paroître deſerte aux Géographes, quoi qu'il eut encore de cent mille Perſonnes dans cette grande ville. D'ailleurs St. Pierre n'aloit-il que dans les Lieux, où il y avoit une grande multitude de Juifs? Les Critiques tombent ici dans deux Excès. I. l'un, en enflant leur Nombre à Babylone, à fin d'empêcher St. Pierre de la quitter pour*

Hebr. ad 1. Corinth. *IV.* Petrum Apoſtolum priorem ſuam Epiſtolam in hac ſcripſiſſe Babylone. Imo vero ſecundum VITRINGAM Tom. I. Comment. in Eſaiam p. 421. hanc hypotheſin ſatis ſolide refellit JO. PEARSONIUS diſſert. *I.* de ſucceſſ. Epiſcopor. Rom. c. 8. §. 6.

Καὶ Φοινίκην μετέστησαν διὰ τὴν ἐν Συρίᾳ στάσιν.) Et hunc locum HECATÆI noſtri laudat, excerpitque H. GROTIUS de veritate relig. Chriſtianæ §. 16. lib. *III.* Quæres, quænam illa στάσις in Syria fuerit, ab HECATÆO noſtro inprimis obſervata: HUMFREDUS HODY, qui in diſſertatione contra hiſtoriam ARISTEÆ c. *XII.* p. 215. ſeq. HECATÆI noſtri locum ſuſcepit illuſtrandum, putat reſpici ad bellum Ptolemæi Lagi in Syria geſtum adverſus Demetrium Anti-

Rome. II. *l'autre, en diminuant, a fin de lui faire préferer Babylone d'Egypte à celle de l' Euphrate. Il ſuffiſoit pour y attirer St. Pierre qu'il y eut de ſon tems aſſez de Juifs pour faire une Egliſe à Jeſus-Chriſt. En effet les Juifs étoient répandus en ces Quartiers-là & nombreux. Cette Babylone étoit encore plus connue alorsque celle de l'Egypte: & puisqu'il lui en donne ſimplement le Nom, ou ne doit point tourner ſa Vuë d' un autre côté. Il range les Egliſes, ausquelles il écrit, dans un Ordre qui fait aſſez ſentir qu'il étoit en Orient; car il s'addreſſe d'abord à celles qui étoient plus voiſines de Babylone & finit par celles qui en étoient les plus éloignées.* Hæc BASNAGIUS, ſed forte melior eſt illorum ſententia, qui de *Babylone Seleucienſi* accipiunt, ut præter SALMASIUM in apparatu de primatu Papæ alioſque PETRUS de MARCA de Conc. ſacerd. & Imp. VI. I.

Antigoni, Poliorcetem cognominatum. Quæ ſententia ſi vera eſſet, HECATÆUS noſter hic repeteret, quæ ſupra dixerat de Demetrio in prœlio a Ptolemæi copiis ad Gazam victo. Ejus prœlii plenior deſcriptio exſtat apud DIODORUM SICULUM. Vide omnino USSERIUM in Annalibus Vet. Teſt. p. 244. & PRIDEAUX qui Tom. *II.* p. 512. itidem ex bello inter Ptolemæum & Demetrium in Syria geſto præſentem HECATÆI locum alterumque quem diximus, illuſtrare ſuſtinet. Sed mittemus hæc, itemque illa, quæ idem HODY dixit de ſeditione Judæorum in Syria, deportationis in Aegyptum & Phœnicen vera cauſa atque origine: Primum autem ex hoc HECATÆI loco patet *Syriæ notionem eſſe* etiam *ſtrictiorem.* Miſſa enim *laxiore* ſignificatione & notione * Syriam tantum propriam, quam

* Multi veterum *Syros* & *Aſſyrios* pro iisdem habuerunt, uti videre licet apud BOCHARTUM Phaleg. lib. II. c. 3. p. 81. VITRINGAM Tom. I. Comment. in Eſaiam p. 191. & Tom. II. p. 643. CHRISTOPH. CELLARIUM Geographiæ Antiquæ lib. III. c. 12. p. 398. GERH. JO. VOSSIUM de orig. & progr. idolol. lib. II. p. 334. multi etiam Deos in Syria cultos Aſſyriis adſcribere ſolent, rectene an ſecus diſquirit VITRINGA Tomo I. Comment. in Eſaiam p. 271. Cur autem eo modo *Syriam* atque *Aſſyriam* permiſcuerint confuderintque, ejus rei non una poteſt reddi ratio. Phœnicum Metropolin צור *Sor* vel *Sur* Hebræi nominant, & incolas *Sorim*, vel *Surim*, qui, ut ait BOCHARTUS Phaleg. lib. IV. c. 34. p. 341.

quam nobis HECATÆUS exhibet, reſpicimus, ſive Syros illos, qui a Leucoſyris Cappadociæ & a Meſopotamiæ Syris ſeu Aramæis nec non a Palæſtinenſibus ſive Iſraëlitis ac Judæis diſtincti ſunt & ſeparati. De his STRABO lib. XVI. ineunte: οἱ ἰδίως ὑπὸ τῶν νῦν λεγόμενοι Σύροι, *qui proprie nunc Syri appellantur*. Verum neque hi

ipſiſſimi *Syri* ſunt. Jam ſi præfigatur articulus ut 1. Paral. XXII. 4. Nehem. XIII. 16. ex *Sorim* fient הצורים *Haſſorim* vel *Haſſurim*, id eſt *Aſſyrii*, quo nomine Tyrios & Phœnices deſignari ſæpe videas. VIRGILIUS *alba nec Aſſyrio fucatur lana veneno* Aſſyrio veneno, id eſt, purpura Tyria. Ab his Aſſyriis plane diverſi ſunt אשורים *Aſſyrii*, filii Aſſur trans Euphratem & Tigrim, atque etiam Scriptura Hebraica multum diſcrepat. Cujus rei ignoratione Græci ſcriptores duos populos tanta locorum intercapedine diſſitos in unam gentem ſæpe compingunt. Præterea cum Seleucus Nicator conditor imperii Syro-Macedonici verus fuerit Aſſyriæ & Babyloniæ Rex, & illud Imperium jam deſtructum reſuſcitaverit veluti, denuoque condiderit ampliſſimum regnum nactus, quod deſcribit APPIANUS de Bellis Syriac. p. 122. affirmatque ARRIANUS Hiſt. Expedit. Alex. lib. VII. c. 22. cum denique Numer. XXIV. 24. Aſſur ab omnibus interpretibus vel de Perſis vel de Syro-Macedonibus ſumatur; ſcriptores quidem profani facile errare potuerunt, & ſcriptoribus ſacris ſine ulla erroris nota ejus appellationis certa fuit ratio, quod idem, maxime Prophetæ, qui nova nomina fingere non poterant, *Populos & Rectores populorum* deſignant a nomine terrarum, in quas imperium obtinent. Confer VITRINGAM Tom. I. Comm. in Eſaiam p. 364.

hi uno modo dicuntur, nec uno deſcribuntur limite. Aliquando enim abjunguntur ab Phænicibus, quos alia diviſione comprehendunt. STRABO lib. *II.* p. 86. *Συρία τε καὶ Φοινίκη*, *Syria & Phœnice*, tanquam diſtinctæ regiones; alibi dicto jam libro XVI, p. 515. inter *μέρη partes* Syriæ etiam Phœnicen numerat. Quemadmodum igitur Syria paulo laxius Phœnicen comprehendit, ita ſtrictim apud HECATÆUM & alios ſcriptores apud BOCHARTUM l. *I.* Canaan cap. 1. ſumta *Syria propria* excludit *Phœnicen.* Nolumus jam disquirere, cur Judæi propter tumultum in Syria, migraverint in Phœnicen * ut tradit hoc in loco HECATÆUS, diſpiciemus multo rectius, quid ſibi velint illa verba Marci *VII.* 26. *ἦν δὲ ἡ γυνὴ Ἑλληνὶς Συροφοίνισσα τῷ γένει.* Marci interpres Arabs ad verbum ita reddidit: *& erat Græca Syra, & genus ei* מן אלעור *ex Algaur*, id eſt *ex Cœleſyria* ſive Syrophœnice Cœles Syriæ parte circa Damaſcum, plaudente & ſuffragante BOCHARTO l. c. ** Cum vero ſint,

---

* Eſt adagium apud SUIDAM *Σύροι πρὸς Φοίνικας*, de cujus ſenſu diſquirant eruditi, per me licet alia nunc agentem. Interim ex hoc HECATÆI noſtri loco colligit HUMFR. HODY in diſſertatione contra *Ariſteæ* hiſtoriam c. 13. p. 225. Judæos ideo a Ptolemæo Lagi in Aegyptum & Phœnicen translatos eſſe, quod & ipſi in Syria ſeditiones motusque concirerint.

** *Syrophœnices*, inquit, *medii inter hos duos populos occupabant regiones in utriusque confinio ſitas, Heliopo-*

ſint, qui Phœnices prope Syriam Phœnices dici putant, potuit pari ratione Marcus Syrophœniſſæ nomine Tyriam intelligere vel Sidoniam * illam enim ex illis partibus fuiſſe oriundam videtur poſſe colligi ex Marci collatione cum Matthæo, qui ſic habet *XV*. 21. & egreſſus inde Jeſus receſſit in partes Tyri & Sidonis, & ecce mulier Cananæa a finibus illis egreſſa. Sic JUVENALIS Satyra *VIII. obvius aſſiduo Syrophœnix udus amomo*. Syrophœnix id eſt Phœnix: ita nominat unguentarium, quia unguenta in Phœnice laudatiſſima fuerunt, uti ex DIOSCORIDE & PLINIO demonſtrat BOCHARTUS l. c. Ceterum plura de hac *muliere Syrophœniſſa* videas apud JO. LIGHTFOOTUM in Decade Chorographica Mar-

ſim puta, Chalcidem & Marſyæ tractum. Quibus acceſſere Damaſcus & Abyla Lyſaniæ, quas Cœleſyriæ *adſcribunt* PTOLEMÆUS *&* STRABO, ſed EUSEBIUS & HIERONYMUS *Phœniciæ*.

* JO. VAILLANTIUS Tom. II. Numiſm. æreor. Imp. Aug. & Cæſar, in coloniis & municipiis percuſſorum 125. obſervat. Φοίνικες non tantum generatim & communiter pro incolis Phœnices, ſed ſigillatim pro *Sidoniis* accipi allegatis LXX. Interpretibus, qui Deuteron. III. pro Sidonim Φοίνικες & Eſaiæ XXIII. 2. pro Sidon Φοινίκη poſuerunt. Quæ igitur LAUR. BEGERUS Tom. I. theſ. Brandenb. p. 514. VAILLANTIO opponit, nullius momenti ſunt. Confer omnino auctorem diſſertat. ſing. ad Hoſeæ XII. 8. Tom. VII. de l'Hiſtoire Critique de la Republique des lettres tant ancienne que moderne p. 365. FULLERUM Miſcellaneor. lib. I. c. 11. BOCHARTUM Phaleg. lib. IV. c. 34. p. 342.

Marco præmiſſa cap. 6. §. 4. & PETRUM KEUCHENIUM in Annotatis in IV. Evangeliſtas & Acta Apoſtolor. p. 71.

Ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος ἀνήρ.] Magna eſt hæc HECATÆI laus; ita enim ſolet loqui JOSEPHUS, cum *viros Optimos quosque* debitis juſtisque ornat laudibus. Vide omnino varios hac de re locos apud CAROLUM DAUBUZIUM lib. *II.* de teſtimonio Chriſti apud Joſephum n. 6.

Ἱστόρησε.] Nimirum apud veteres eos inprimis laude & hominum prædicatione commendari videmus, qui parandæ eruditionis cauſa & honeſtatis in alias ſe oras terrarum contulerunt. Vide LACTANTIUM divinar. Inſtitut. lib. *IV.* c. 2. In eo genere Solonem PLUTARCHUS in Solone aliosque reponit multos, qui πολυπειρίας ἕνεκα καὶ ἱστορίας, *ad colligendam plurimarum rerum cognitionem ſunt diu atque multum peregrinati*: id qui facerent honeſtiſſimorum ſtudiorum cauſa ἱστορῆσαι dicebantur. Vide LUDOV. CRESOLLIUM in Theatro veterum Rhetorum lib. *III.* p. 163. pluresque alios auctores, quos laudavimus *in diſſertatione de S. Paulo Petrum Hieroſolymis inviſente* ad illuſtrationem Epiſtolæ ad Galatas *I.* 18. §. 3. Igitur HECATÆUS noſter tradito ita a majoribus more, præcipue cum *Philoſophus* eſſet, Judæos adiit, ut Hiſtoriam de Judæis conſcripturus, multa ante oculis perluſtraret, multa ſermonum commercio facto, qui peregrinantium mos eſt, cognoſceret, in ſuumque uſum converteret. Et profecto JOSEPHUS

 hanc

hanc vocem ἱστόρηκεν addens, fidem auctoritatemque HECATÆO rerum Judaicarum Scriptori conciliare voluit, debuit.

Τριακοσίας μυριάδας ἀρουρῶν.] Hunc locum HECATÆI excerpit CAMP. VITRINGA Tom. *I.* Comment. in Eſaiam p. 642. JO. CLERICUS in notis ad Exodi *III.* 8. qui cum docuiſſet Aruram eſſe C. Cubitorum quaqua verſum, adducto HERODOTI lib. *II.* c. 168. de *tanta Judææ amplitudine* addubitat. *

σχεδὸν.] Vox eſt modeſta de numero rerum conjicientis, apud JOSEPHUM Hiſtoricum frequens, cum S. literæ eodem ſenſu ὡς & ὡσεὶ addere ſoleant. Vide CHRIST. NOLDIUM in Hiſtoria Idumæa p. 54. ſeq. 234. ſeq.

Τῆς ἀρίστης καὶ παμφορωτάτης χώρας.] Hoc HECATÆI noſtri de egregia fertilitate Paleſtinæ teſtimonium ſummo in honore habent præter

JO.

* Quicquid erit, varios adducemus auctores, lectori ſalvum erit hac in re judicium. PETRUS ALLIXIUS in den vernünfftigen Betrachtungen über die Hiſtoriſchen und Prophetiſchen Bücher des A. Teſtam. die Warheit der Chriſtlichen Religion dadurch zu behaupten P. II. lib. 1. cap. 1. p. 9. hunc in modum ſcribit: *das Land erſtrecket ſich nicht mehr als zwantzig Meilen in die Breite und* 80. *Meilen in die Länge.* JO. BIERMANNUS in Moſe & Chriſto lib. II. c. 8. p. 458. hæc obſervat: *man ſagt, daß die Länge des gantzen Landes von Dan bis Berſeba gerechnet bey* 67. *Stunden, und daß die Breite, die ſich vom Abend bis an den Jordan erſtreckt, da derſelbe am weiteſten gegen Morgen flieſſet,* 18. *Stunden geweſen ſey.*

JO. CLERICUM l. c. CAMPEGIUS VITRINGA Tom. *I.* Comment. in Eſaiam p. 199. SAL. DEYLINGIUS P. *II.* Obſervation. Sacrar. p. 109. EZECH. SPANHEMIUS in Chronologicis Joſephi, JAC. BASNAGIUS dans l' Hiſtoire des Juifs lib. *I.* c. 14. §. 9. p. 356. at JOANNI TOLANDO in libro, cui Originum Judaicarum titulum fecit §. 19. p. 139. illud HECATÆI teſtimonium diſplicet exiſtimanti Judæam ſterilem, ſaxoſam miſerrimamque regionem fuiſſe. *Magis ſane*, inquit, *ad rem foret*, *ſi* STRABONIS verba ad caput *III.* Exodi citare vellent Commentatores, & non fictos *iſtos fabulatores* ARISTÆUM, HECATÆUM *&* *neſcio quos alios, qui falſo interpretati ſunt Pentateuchi Chorographiam.* STRABONIS deſcriptio Judææ, ad quam provocat TOLANDUS lib. *XVI.* Geographiæ exſtat, atque hæc eſt : *ἔςι πετρῶδες* (τὸ χωρίον ſcilicet) *αὐτὸ μὲν ἔνυδρον, τὴν δὲ κύκλῳ χώραν ἔχον λυπρὰν, καὶ ἄνυδρον, τὴν δ' ἐντὸς ἑξήκοντα ςαδίων καὶ ὑπόπετρον*, hoc eſt ex interpretatione TOLANDI : *ſaxoſus eſt ille locus, ſed quidem irriguus, cum undequaque habeat regionem ſterilem & ſiccam, & intra ſexaginta ſtadia lapidibus ſubſtratam.* Jam vero nolumus diſquirere generatim atque univerſe, quantum fidei atque auctoritatis ſit STRABONI Palæſtinam deſcribendi, * id tantum monemus, STRABONEM in

* Ecquæ autem fides habenda erit STRABONI, qui in terræ S. locis deſcribendis non ubique ſine errore

in re præſenti, quæ diſceptatur, graviſſime errare. Quod enim GEORGIO ERICIO PHALETRANO STRABONIS auctoritate nitenti * reſpondit CAMPEGIUS VITRINGA Tomo *I.* Comment. in Eſaiam p. 199. id quoque TOLANDO opponimus. En verba VITRINGÆ: *quod aſſertur ex* STRABONE *regionem Hieroſolymitanam deſcribente, ut* ſterilem, petroſam *&* ἄνυδρον *ſiccam*, (ſic recte legitur) *magno cum diſcrimine judicii accipi debet. Primo enim, ſi id transferres ad totam ſortem tribus Judæ: non caveres tibi a craſſiſſimo errore. Deinde ſi id etiam appli-*

verſatus eſt, veluti cum p. 525. Sirbonidis lacum cum Asphaltite confundit, uti obſervant VITRINGA Tom. I. Comment. in Eſaiam p. 643. & JO. CLERICUS in diſſertatione de Sodomæ ſubverſione §. 5. Sed & STRABO in hocce capite, quod TOLANDUS innuit, narrat, *Moſen aſſeclas ſuos* ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον *in eum ipſum locum deduxiſſe, ubi nunc eſt templum Hieroſolymitanum, illumque locum facile obtinuiſſe*, quod utrumque longe eſt falſiſſimum. Moſes enim locum illum, in quo poſtea templum Hieroſolymitanum exſtructum eſt, nunquam obtinuit, nec aſſeclas ſuos eo deduxit, ſed Joſua. Et ne hic quidem facile, ut STRABO mentitur, illa loca obtinuit, ſed Reges ac incolas, qui ſedes iſtas tunc tenebant, acriterque defendebant, armata manu & difficulter admodum ejecit inde & Iſraëlitis poſſidendas diviſit, Hieroſolymam autem, ubi poſtea templum exſtructum, David demum occupavit, fortalitio Jebuſæis erepto. Vide DEYLINGIUM P. II. Obſ. Sacr. p. 112.

* In diſſertatione de ablatione ſceptri Judaici c. 7.

app ares ad totam regionem Hieroſolymis ab omni parte proximam, ne ſic quidem verum intelligeres. Etiamſi enim aliquid hic deſiderari poſſit, non tamen ita eſt, ut PHALETRANUS *ex* STRABONE *vult: ſed intelligendum id præcipue de terra montoſa & ſterili, quæ ſupra montem oliveti eſt longo ſatis tractu ad Hierichuntem verſus Orientem. Id* STRABO *non ſatis caute ad totam regionem applicuit, & in aliis partibus hujus terræ deſcribendis optimus cetera auctor, non eſt uſus ſumma accuratione, ut eruditi jam obſervarunt.* VITRINGÆ ſubjungimus HADRIANUM RELANDUM, qui in Palæſtina p. 391, STRABONIS fidem hac in re elevat his verbis uſus: *demus illum* (Strabonem) *ut res eſt, ſcripſiſſe. Fuerit ſolum, in quo urbs Hieroſolymitana fuit ſita, ὑπόπετρον circumquaque per* 60. *ſtadia: id aptiſſimum erat condendæ arci & gentis metropoli, id liquet ex eventu. Quam reſtitit illa regibus Syriæ atque Aſſyriæ, & quantum negotii faceſſivit ipſis Romanis? ſi quæ autem natura negavit, arte & induſtria fuerunt ſuppleta, uti aquarum copia per aquæ ductus, & ſimilia. Ipſum illud ſolum ὑπόπετρον allicere non una de cauſa incolas potuit, cum & in iſtiusmodi montibus terra tectis optime vites proveniant* (PLINIUS lib. XVII. 4. Pucina vina ſcribit in ſaxo coqui & Chia vina præſtantiſſima in rupibus, quæ non niſi quatuor digitorum ſpatio terra tectæ ſunt,) *& in Syria illud ipſum ſolum, quod aratur, ὑπόπετρον eſſe ἐπὶ πλεῖον notaveris* THEOPHRA-

PHRASTUS *lib. III. c. 25. de cauſis plant. um, & propter* ὑπόπετρον τῶν αἰγιαλῶν *Phœnices urbem Dora ſibi elegerint in ſedem, uti* STEPHANUS *in* Ἐθνικοῖς *ſcribit ad vocem* Δῶρος. *Sed mittamus hæc omnia & demus ſolum omne circa Hieroſolymas per ſtadia* 60. *fuiſſe ſaxoſum, ita tamen, ut nihil plane proferre potuerit (quod tamen falſum eſt, & indicaret Jebuſæos, cum hic ſedes figerent, ineptiſſime egiſſe) num inde efficitur omnem Palæſtinam eodem modo ſeſe habuiſſe? quid facit tantillum ſpatii ad univerſam Palæſtinam?* Redimus ad HECATÆUM noſtrum, qui non ſolum vallium Judææ * bonitatem & fertilitatem, ſed & omnem omnium rerum, quibus Judæa abundat, copiam, ſatis luculenter expoſuit, quemadmodum S. literæ id ipſum quoque teſtantur. ** Quod ſi enim teſte HECATÆO Ju-

* VITRINGA Tom. I. Comment. in Eſaiam p. 642. verba noſtri HECATÆI teſtantis *Judæos decies trecenta millia posſidere* ἀρϰρῶν, σχεδὸν τῆς ἀρίστης καὶ παμφορωτάτης χώρας *jugera terræ optimæ & fertilisſimæ*, primo loco intelligit de *vallibus*, quæ montibus ſubjectæ (ut media Cananæa erat *montoſa*) & hoc ipſo magis irriguæ, majorem præſtare poterant ubertatem fructuum, deinde de *vallibus Hieroſolymitanis*, quia Eſaiæ XXII. 7. *valles electæ tuæ* Hieroſolymæ ſunt, affixo fæminini vocis עמקיך nos ad eas ducente, & JOSEPHO Antiquit. lib. I. c. 1. easdem collaudante.

** Dicitur Deuter. *III.* 25. ארץ טובה *terra bona* ארץ חמרה *terra deſiderii* vel deſiderabilis, ארץ

Judæa fuit παμφορωτάτη χώρα feraciſſimum ſolum, recte nobis in memoriam vocabimus fodinas æris & ferri (vide Deuteron. *VIII.* 9. *XXXIII.* 25. ANDREAM MASIUM in Joſuæ *XXIX.* 31. quem tamen ad examen vocat ANTON. BYNÆUS libro *I.* de calceis Hebræor. cap. 4. vina præſtantiſſima * palmeta ** opobalſami hortos

---

צבי *terra ornatus* Jerem. *III.* 19. Dan. *XI.* 16. 41. צבי לכל הארצות *ornamentum omnium terrarum* Ezech. XX. 6.

* Etſi Deus Eſaiæ V, 2. de Eccleſia Dei apud Judæos tanquam de vinea ſua loquitur, nullum tamen eſt dubium, quin translata ab ipſâ Palæſtina dictione utatur: nam & hanc ויטעהו שורק *conſevit generoſæ propaginis vitibus, optimi generis.* Interpretes hic facile conſentiunt, שרק eſſe *genus vitis optimæ*, ſive ut Chaldæus גפן בחירא *vitis electæ*, patetque illud ex aliis locis Scripturæ, in quibus hujus vocis uſus eſt Gen. *XLIX.* 11. Jerem. *II.* 21. Addit KIMCHIUS, ex quorundam ſententia ſic dici: *uvas præſtantiores, in quibus nulla vinacea.* Laudat in lexico hujus ſententiæ auctorem ABEN GIATH & dari ejusmodi uvas laudatisſimi generis ex COLUMELLA lib. *III.* c. 9. & PLINIO lib. *XVII.* c. 21. liquet. Nec id ipſum obſervare neglexit BOCHARTUS Hieroz. P. *I.* lib. *II.* c. 7. qui & conjicit Hieroz. P. *I.* lib. *III.* c. 4. & 13. vocem שורק eſſe *nomen proprium* loci tribus Dan, qui non diſtiterit ſupra dimidium milliare a valle Eſcol, unde eximiam illam uvam Num. *XII.* 24. retulerunt exploratores terræ Canaan prope Timnatham. Certe *vallis Sorek* mentio eſt in libro Judicum XVI. 4. nec tamen ſatis certum, utrum *appellativum* שרק converſum ſit in *proprium*, an potius

tos *** arbores frugiferas † oliveta. †† Memoratu

---

ex *proprio nomine* factum ſit *appellativum*. Et prius VITRINGÆ Tom *I*. Comment. in Eſaiam p. 114, ſit probabilius, quia derivata *pluralis numeri* שׂרֵקִים שׂרוּקִים in ſacris Jeſ. XVI, 8. Zach. *I*. 8. exſtant. Putat igitur idem VITRINGA שׂרק eſſe *genus coloris*, quo cum optimum vinum illius vallis tinctum eſſet, dictum inde eſſe *Vallem Sorek*. Colorem autem hunc eſſe *gilvum* ſive *ſubflavum* erudite evicit BOCHARTUS Hieroz. P. *I*. lib *II*. c. 7. Vina autem hujus coloris non ſolum in terra Cananæa melioris notæ erant, quam alba, Proverb. *XXIII*. 31. quippe generoſa, ferventia, & ſe fæcibus facile exonerantia, ſed & tum a colore tum a virtute nomen חמר acceperunt. Vide inprimis Deuter. *XXXII*. 14. & VITRINGAM Tom. *II*. Comment. in Eſaiam p. 83. Recte utique VITRINGA ex ſacris literis huc advocat Proverb. *XXIII*. 3. Deut. *XXXII*. 14. addi enim poterant Eſaiæ *XXVII*. 2. Pſalm *LXXV*. 9. Apoc. *XIV*. 20. quemadmodum Græci οἶνον αἴθοπα, ἐρυθρὸν, μέλανα, aut ἄκρατον, Latini atrum ſive nigrum, quia fortius & ad inebriandum magis valet, appellare ſolent; vide AINSWORTUM in Deuter. *XXXII*. 14. GATAKERUM Miſcellan. lib. V. c. 5. JAC. HASÆUM in diſſertatione in HESIODI fragmentum a FULGENTIO relictum p. 205. Tom. X. de l'Hiſtoire Critique de la République des lettres tant ancienne que moderne, THEODORUM HASÆUM in diſſertatione ad Eſaiæ *VIII*. 20. §. 11. ſeq. p. 45. Tom. *XIII*. de l'Hiſtoire Critique de la République &c. JAC. NICOLAUM LOENSEM Miſcellaneor. Epiphillidum lib. *I*. c. 15. Auctorem de la diſſertation Critique ſur le Crates des Anciens, tant Grecs qu'Orientaux & ſur leur maniére de ſervir le vin; où l'on éclaircit quelques Paſſages de l'Ecri-

moratu autem inprimis digna eſt deſcriptio Moſis, qua

ture Sainte & pluſieurs endroits des auteurs Payens p. 292. ſeq. Tom. XII. de l'Hiſtoire Critique de la Republique des lettres &c. Et quis ignorat vina *Aſcalonitica, Gazetica & Sarephana* etiam a gentibus longe remotis celebrata? *vina Libani*, quæ laudantur Hoſeæ *XIV.* 8. Confer Tomum noſtrum *II.* der Erörterung der dunckelſten Schrifftſtellen des A. Teſtam. p. 954. *vina Chalybonia* Ezech. *XXVII.* 18. de quibus differit BOCHARTUS in præfatione ad Phaleg.

** Εὐώδιμόν καρπὸν habere palmas Palæſtina ſcribit PAUSANIAS lib. *IX.* 19. cum palmæ in Aegypto & alibi fructum εὔβρωτον non haberent, teſte STRABONE lib. *XVII.* HORATIUS pingiua hæc vocat palmeta Herodis. THEOPHRASTUS lib. *II.* c. 8. de hiſtor. plantar. ſcribit, ſolarum illarum palmarum Syriacarum, quæ in Aulone (intelligit μέγα πεδίον ſive campum magnum Jordanis, quem αὐλῶνα alii nuncupant, aut certe partem ejus) proveniunt, fructus ejus generis eſſe, ut recondi poſſint. Verbo dicam: ut palmarum alibi copia & fertilitas, ita nobilitas in Judæa, nec in tota, ſed Hierichunte maxime, ubi proveniunt Caryotæ ſive Nicolai primæ genus præſtantiſſimum.

*** Conferatur diſſertatio noſtra *de hortis Opobalſami Engadenſibus in vinearum morem excultis* ad illuſtrationem Cantici Salomonis cap. I. 14.

† Ex tomo Miſnæ זרעים dicto multa arborum herbarumque in Palæſtina nomina peti poſſunt obſervante RELANDO in Palæſtina p. 379. Jam olim Jacobus Patriarcha, eo quidem tempore, quo terra Cananæa fame preſſa parumque exculta & habitata erat, imperat filiis Geneſ. XLIII. 11. ut ex Judæa in Aegyptum fe-

qua Judæam ut *terram melle ac lacte fluentem*, hoc

rant dono מזמרת ארץ fructus terræ laudatiſſimos. צרי *reſinam* vertunt LXX. & vulgatus, quam interpretationem tuetur BOCHARTUS P. *I.* Hieroz. lib. *II.* c. 51. Objicit EDMUNDUS CASTELLUS צרי haberi inter res pretioſiſſimas, quod reſinæ non competit. At non quævis *reſina* intelligitur, ſed ea demum, quæ Galaade advehebatur, & quæ *Syriaca* a Græcis & Latinis dicitur. Vide PLINIUM lib. *XIV.* c. 20. *XXIV.* & confer PRIDEAUX dans l'Hiſtoire des Juifs Tom. *IV.* p. 240. Pergit CASTELLUS dicere: doctiſſimi Hebræorum & Syrorum affirmant medicamentum ex pluribus conſtans hac voce ſignificari: ſed conjecturæ ſunt meræ. Addit idem, uſum, qui τῷ צרי adſcribitur, non ineſſe reſinæ; quod falſum, nam *reſina* ad vulnera adhibetur non minus ac צרי Jerem. VIII. 22. XLVI. 11. imo balſamum reſina adulterabatur, auctore PLINIO lib. XII. c. 25. Ipſe CASTELLUS (quem hac in re ſequitur JO: FRISCHMUTHUS in diſſertatione de Eliæ Prophetæ nomine ejusque proſapia §. 19.) poſt Rabbinos aliosque *Theriacam* interpretatur: ad ii quos ſequitur, ſimilitudine tantum vocis nixi, certi nihil proferunt. *Theriaca* vox Græca eſt θηριακὴ & adverſus θηρίων morſus venenatos inventum medicamentum ſignificat, nec compoſitio illa ex LXXII. rebus ad tantam antiquitatem aſſurgere videtur, aut commodius Galaade quam alibi fieri potuit. KIMCHIUS & recentiores plurimi *opobalſamum* eſſe cenſent, ſed eos merito confutat BOCHARTUS vel eo, quod ex omnibus hiſtoriis *balſamum* cis Jordanem haud procul Jerichunte, non trans Jordanem in terra Galaadis natum conſtet. נכאת placet JO. CLERICO ad

hoc eſt lactis ac mellis proventu fertiliſſimam deſcripſit Exodi *III.* 8. *XIII.* 5. *XVI.* 31. *XXXIII.* 3. Ratio loquendi παροιμιώδης eſt, & de ea dicitur regione, quæ ob paſcuorum, florumque omnis generis abundantiam ac fœcunditatem ſuam, ingentem armentorum pecorisque copiam alit, innumeraque apum examina fovet. Hæc duo, quæ

Geneſ. XXXVII. 26. cum AQUILA vertere ϛύϱακα gummi odoratum in Syria Judææ proxima ſupra Phœnicen naſcens. Confer pro hac notione ſtabilienda BOCHARTUM P. II. Hieroz. lib. IV. c. 12. לט LXX. ſtacte eſt. Inter omnes conſtat ϛακτὴν myrrham dici ἀπὸ τοῦ ϛάζειν *ſtillare*, ſeu ſponte ſit ex inciſa arbore fluxerit, quod PLINIUS & pleriique recentiores tradunt, ſeu ex myrrha tuſa liquaretur, ut cenſuit THEOPHRASTUS, aliique, quorum ſententiam tuetur SALMASIUS ad SOLINI Polyhiſtora p. 367. Alii vocem לט interpretantur *ladanum*, quod Coptice ΛΟΤΤΟΝ dicitur, Chaldaice לוטום, Arabice לאדן; nec ſane procul ab hiſce locis naſcebatur. Poſterior hæc ſignificatio CLERICO l. c. arridet. בטנים nuces avellanæ, ſive piſtacia amygdalis ſimilia. Vide de hac voce copioſe diſſerentem BOCHARTUM Canaan lib. I. c. 10.

†† Talmudici in codice Menachoht c. 8. 3. oleum terræ Iſraeliticæ optimum Thecoæ (vide SCHINDLERUM in lex pentaglott. in תקע p. 1987.) proximum Ragabæ tribuunt. Salomo etiam Regi Tyriorum quotannis miſiſſe legitur 1. Reg. V. 11. expreſſi olei viginti coros. Vide de præſtantia olei in terra Cananæa interpretes ad Hoſeæ XII. 1.

quæ ad vitam ſuſtentandam valde ſunt idonea, pergrata item gulæ, maximoque olim in pretio habebantur, conjungi ſolebant, quando Hebrææ regionis fertilitas, omniumque rerum ad victum neceſſariarum affluentia deſcribenda & celebranda erat. Hunc in ſenſum Jobus XX. 17. *torrentes mellis & butyri* dixit. Copioſo autem mellis proventu Judæa paſſim celebratur. Appellatur enim Deuter. *VIII.* 8. ארץ זית שמן ודבש *terra olei ac mellis* & locis circiter viginti aliis, quemadmodum BOCHARTUS P. II. Hieroz. lib. IV. c. 12. adnotavit. Quid? quod maxima ibi erat mellis ſilveſtris copia, quod ex arboribus manabat. Hoc eſt *μέλι ἄγριον* quo alimento Joannes utebatur Matth. *III.* 4. Nec enim BOCHARTO ſubſcribendum eſt exiſtimanti illud *μέλι ἄγριον* mel fuiſſe, quod apes in arboribus depoſuerint. Quamvis enim eadem cum BOCHARTO ratione illud *μέλι ἄγριον* accipiant STEPHANUS le MOINE in Variis ſacris p. 608. HERM. WITSIUS Tom. *II.* Miſcellaneor. Exercit. XV. §. 41. p. 513. BALTHASAR STOLBERGIUS in diſſertatione de amictu & victu Joannis Baptiſtæ ſect. 4. JO. ERN. BUTNERUS in inquiſitione in hiſtoriam Joannis Baptiſtæ c. 3. §. 4. SCHURZFLEISCHIUS in diſſertatione quam inſcripſit: Ιωάννης Ερμάζων §. 17. aliique, multo tamen rectius SUIDAS ex antiquo auctore hæc verba apponit: *ἤσθιε δὲ ἀκρίδας ὁ πρόδρομος καὶ μέλι ἄγριον, ὅπερ ἀπὸ τῶν δένδρων ἐπισυναγόμενον Μάννα τοῖς πολλοῖς προσαγορεύεται.* Hoc

idem

idem eſt mel, quod ARISTOTELES in admirandis ſcribit in Lydia *ἀπὸ τῶν δένδρων γίγνεσθαι*, quodque adeo DIOSCORIDES ait fluere melle craſſius de trunco arboris Syriacæ. DIODORUS SICULUS lib. XIX. cap. 104. nos docet, quid fuerit *μέλι ἄγριον* nuncupatum, ubi de Nabatæis ſcribit: *Φύεται παρ' αὐτοῖς τὸ πέπερι ἀπὸ τῶν δένδρων καὶ μέλι πολὺ τὸ καλούμενον ἄγριον, ᾧ χρῶνται ποτῷ μεθ' ὕδατος*, *apud ipſos piper in arboribus naſcitur & mel plurimum, quod agreſte appellant, quod potant aqua mixtum.* Sic *ἐλαιομέλι καθ' ἅλμυρα τῆς Συρίας* provenire DIOSCORIDES lib. I. de re medica cap. 37. ſcribit. Confer PLINIUM lib. XV. 7. *XXIII.* 4. Et hinc forſitan odor mellis, quem ſe naribus hauſiſſe in ora maritima Paleſtinæ ſcribit MAUNDRELLUS. Confer qui nobiſcum eadem ratione *μέλι ἄγριον* exponunt, RELANDUM in Palæſtina & CL. SALMASIUM in Commentario de Saccharo & Manna, unde etiam nobis excerpta dedit JO. CLERICUS in notis ad Exodi XVI. 31. Cum vero 2. Sam. *XIV.* 29. Jonathan ſilvam tranſiens mel extremo baculo ſuo delibaſſet, exiſtimat STEPHANUS le MOINE in Variis Sacris p. 609. mel illud in ipſa ſilva ab apibus ibi mellificantibus paratum fuiſſe. *Mirum eſt vero*, inquit le MOINE, R. S. JARCHIUM *reddidiſſe* צקרה ſaccharum *quaſi Jonathan ibi* ſaccharum *inveniſſet, ſed temporibus Jonathanis* ſaccharum *noſtrum prorſus ignotum erat, & mos illud condiendi omnino tunc non obtinebat. Notæ*

 qui-

quidem erant quædam arundines, unde ſuccus exprimebatur potu jucundiſſimus, mos vero iſtum ſuccum coquendi & condenſandi, ut illo tandem concreto candidus & durus evaderet, erat adhuc ignotus & ars ſaccharum ita parandi eſt recentioris ævi: ſuccus poterat eſſe notus, & notæ arundines. Enimvero EZECH. SPANHEMIUS margini Var. Sacror. LEMONII hæc ſua manu adſcripſit confutans eundem ad hunc modum: *at præter* hodiernum ſaccharum *aliud* Σάκχαρον veterum *in arundine Indica ſponte concreſcens, quod* SALMASIUS *ad* SOLINUM *& Epiſtola de Sacchara obſervat, ac utriusque diſcrimen tradit, ac vetus idem illud fuiſſe ac μέλι καλάμινον Græcorum. Unde haud male ille Rabbi mel, de qua* 2. Sam. *XIV.* 29. *per* ſaccharum *reddit, nec mirum id videri debuit huic auctori,* LEMONIUM autem deſignat. Sed & maxima fuit in Cananæa *lactis copia*, quia in ipſis montibus Carmelo & Libano erant agri compaſcui. Nimirum Carmelus mons fere fuit frugifer & fertilis ſoli, olim non oleis tantum conſitus & arbuſtis, vineisque condenſus, quod de eo HIERONYMUS tradit ad Jerem. IV. 26. ſed & aliqua ex parte *paſcuus*, quippe quod ex locis Scripturæ, in quibus hic mons *Carmelus* deſignatur, colligitur. Sic Eſaias *XXXIII.* 9. *luget, languet terra, pudore ſuffunditur Libanus, languet.* Saron *factus eſt inſtar ſolitudinis, & rudit* Baſan & Carmel. Carmel qui hic conjungitur cum Sarone & Baſane non poteſt alius eſſe quam

mons Carmel hoc nomine dictus. Eſt enim Sarona campeſtris regio fertiliſſima ſubjecta Carmelo monti ad Auſtrum, vide omnino Celeberrimum CONR. IKENIUM in diſſertatione Theologico-Philologica ad Cant. II. 1. de lilio Saronitico emblemate Sponſæ p. 25. ſeq. & Baſan oppoſitus Carmelo ad Orientem trans mare Galilææ. Uterque autem ille tractus Saronæ & Baſanis magnam partem erat paſcuus, & hoc nomine in ſcriptura celebratus. Eſaias iterum XXXV. 2. *gloria Libani dabitur ei, decus Carmeli & Saronis.* Carmel qui Saroni jungitur eſt mons Carmel. Jeremias L. 19. *& reducam Iſraëlem ad caulam ſuam, &* paſtum aget *in* Carmelo *ac* Baſane, *& in montibus* Ephraimi *&* Gileadis *ſatiabitur anima ejus.* Alluditur manifeſte ad agrum paſcuum cis- & trans-Jardenenſem ſibi oppoſitum. Amos I. 2. *Jehova ex Tſione rugiet, & ex Hieroſolyma edet vocem ſuam, & lugebunt manſiones paſtorum, & exareſcet vertex Carmeli.* Non poteſt eſſe dubium, quin hic deſignetur Carmelus, mons altus, cui adſcribitur ראש *vertex,* qui illi monti fuit altiſſimus: qui mons ſi non aliqua ſui parte paſcuus fuerit, nulla eſt ratio, quare ei jungantur *manſiones paſtorum.* Confer Michæ VII. 14. & VITRINGAM Tom. II. Comment. in Eſaiam p. 153. Quod autem ad Libanum montem attinet, is quidem apud Eſaiam XXIX. 17. ut ſterilis opponitur arvo frugifero, ſed ipſius montis in ſe ſpectati diverſus admodum adſpectus eſt. COTOVICUM audire juvat Itin.

lib. III. c. 12. de Libano diſſerentem: *natura humidus, imbribus frequens, plurimis ac limpidiſſimis fontibus ſcaturit, non ſolum in radicibus atque imis locis, ſed & in mediis, atque etiam in ſummis jugis, e quibus adeo copioſæ emanant aquæ, ut earum potu* numeroſi pecudum greges *(quibus maxime abundat, ob* frequentia, læta atque uberrima pratorum paſcua) *ſatis ſuperque ſatiari queant*. Subjungendus etiam erit MAUNDRELLUS in Itin. Hieroſ. *ruptura eſt magna*, inquit, *in latere Libani, minimum per ſeptem horarum iter in montem excurrens, monte utrinque prærupto & ſublimi*, ab imo ad ſummum herbidi ac floridiſſimi adſpectus; *inſuper diſtincta fontibus, quorum aquæ ex rupibus in inferiora grato murmure cadunt*. Quod ſi itaque non ſolum in campeſtribus * ſed & in ipſis Judææ montibus tanta magnitudo paſtionis fuit, fateberis tantos fuiſſe greges armentorum & ovium, quantos vix mente noſtra concipere poſſumus. ** Ad

* Paſcua huc referas in regione trans-Jordanica, quam propterea ſibi petierunt Tribus duæ & dimidiæ, & Sarona, campique circa Lyddam & Jamniam, aliique.

** In memoriam ſibi, quisquis Lector erit, revocabit maximum numerum ſacrificiorum piacularium, pro delictis, ſalutarium, primogenita animantium, decimas eorundem, & agnos paſchales, præcipue cum non ſolum tanta eſſet multitudo Judæorum in patria ſua habitantium, ſed & ſtatis diebus feſtis, nemo ex tanta concurſantium turba ſine ſacrificiis Hieroſolymam adire ſuſtineret. Res certa ipſa eſt, ut diximus, terra Cananæa cum vicinis regionibus habuit

Ad rem frumentariam Judææ ſi perveniamus, haud negabis Judæam Deuter. *VIII.* 8. terram tritici & hordei recte nuncupari. De ſolo Gerar, quod in Palæſtina erat Geneſ. *XXVI.* 12. narratur, ejus agrum centuplum reddiſſe, ſive paulo clarius *centum menſuras*. Confer Matth. *XIII.* 8. 32. Lucæ *VIII.* 8. & JO. LUNDIUM in den Jüdiſchen Heiligthümern lib. IV. c. 35. p. 895. Quid? quod 1. Reg. V. 11. Salomon quotannis tritici vigin-

pecuariam rem, quantam vix credas, niſi ſacris literis fides eſſet habenda. Meſa Moabitarum rex, homo pecuriarius Jſraëlitarum regi centena agnorum millia & totidem lanatorum arietum penſitavit 2. Regum *III.* 4. Arabes Joſaphato pecora pendebant, arietum ſeptem millia ſeptingentos, & capros totidem 2. Chronic. *XVII.* 11. nec mirum, cum teſte Ezechiele XXVII. 21. Arabes & omnes Cedariani proceres cum Tyriis agnorum, arietum, & caprorum mercimonia contraxiſſent. Jobo pecus fuit balantum ſeptem millia, boum juga quingenta (vide Jobi *I.* 3.) cum vero Deus eundem poſtea fortunatiorem feciſſet, quam antea fuerat, numerare licebat quatuordecim balantum millia, & mille boum juga. Vide Jobi *XLII.* 12. Quid multa? audiamus Davidem Pſalmo *LV.* 13. *manant ſaltuum paſcua, colles que lætitia cinguntur, veſtita plana pecudibus, & farre valles obductæ, hilari cantu perſonant*, & Pſalmo *CXLIV.* 12. *penaria noſtra alte referta ſunt ab alia annona in aliam, balantes noſtræ millecuplis, decies millecuplis per vicos noſtros fœtibus augentur.* Confer plura hanc in rem obſervata a JOANNE LUNDIO in den Jüdiſchen Heiligthümern lib. *III.* c. 45. p. 632. ſeq.

viginti cororum millia dediſſe legitur, ut omittam, quæ colligi hanc in rem poſſent ex ſcriptis Talmudicis, ubi de decimis frugum & juribus anni Sabbathici agunt. Poſſent adhuc multa addi de Judææ ſalinis * thermis ** fluviis late reſtagnantibus, piſciumque nobilium plenis *** de aquis

* Salem habuit præſtantiſſimum ex lacu Aſphaltite, quem magis digerere & extenuare, quam alios ſales GALENUS teſtis eſt, judex optimus lib. IV. de ſimplicium medicamentor. facultatib. cap. 19. Inde Urbs Salis, quæ in ſolitudine prope mare mortuum ponitur Joſuæ XV. 62. nomen habere videtur a ſalis copia ibi reperta. Vide JO. HENR. HOTTINGERUM in diſſertatione de Geographia terræ Canaan §. 20.

** Puta *Tiberienſes thermas*, de quibus vide præter ſingularem J. C. WICHMANNSHAUSEN diſſertationem, etiam Celeberrimum THEODOR. HASÆUM in diſputatione Theologico-Philol. de Naphthalidite patria Apoſtolor. c. 2. §. 3. p. 21. & JO. LIGHTFOOTUM in Centuria Chorographica Matthæo præmiſſa c. 74. Nec prætereundus erit calidus fons medicæ ſalubritatis *Callirrhoë* aquarum gloriam ipſo nomine præferens. Vide JO. CLERICUM in diſſert. de Sodomæ ſubverſione §. 2.

*** Piſces Jordanes & lacus Tiberiadis ſuppeditabant. Vide JO. LIGHTFOOTUM in Horis Hebr. ad Matth. *IV.* 18. HOTTINGERUM in diſſert. de Geographia terræ S. §. 52. Inde ut quibusdam videtur Bethſaida בית צידה a piſcium captura, & Tarichææ a ſalſamentis nomen acceperunt. Vide J. C. HARENBERGIUM in expoſitione de eis, qui ſuffitum inſtituerunt in gratiam retis ſui ad Habac. *I.* 16. §. 8. p. 65. Vol. *II.* Muſei Brem. Parte I.

aquis fontium perennibus * de aëris ſalubritate ** cœli temperie † & ſtatis pluviarum tem-

* Conferatur omnino ISEBRANDI EILARDI HARKENROTHII diſſertatio Choro-Topographica de Aenon prope Salim ad illuſtrationem Joannis *III.* 23. Occurrit inſerta Bibliothecæ Brem. claſſis 7. faſcic. 2. p. 349. ſeq.

** Quamvis id negare videatur doctiſſimus NICOL. NONNEN in diſquiſitione ad Matth. *III.* 11. de baptiſmo ignis §. 12. p. 497. Vol. *I.* Muſæi Bremenſis P. *III.* Cum enim diſſeruiſſet *de Euro-Auſtro inprimis Palæſtinæ exitioſo*, hæc una addit ſerie: » *deſertum pene totum arenoſum, ut antiqui & recentiores uno ore teſtantur, quo æſtus* (Auſtri) *tanto magis intendebatur, quanto longiori tractu verſus* Auſtrum *&* Eurum *erat protractum. Tum quodammodo tranſitus* Auſtro *& temperantia æſtum* Boreæ *ſpiramina, per altiſſima juga* Libani *& partium* Anti-Libani, *Canaani ad ſeptemtrionem ſita, erant præcluſa. His addimus ſulphureos & incendio aptos ex montium in deſerto cavernis erumpentes procul dubio halitus, a quibus* Palæſtinæ auram neutiquam fuiſſe immunem, *ſi nihil aliud vel excidium Sodomæ & vicinarum urbium docet,* Geneſ. *XIX.* 24. *Hoc præcipue inter cauſas non negligendum exiſtimo, quia eo ſæpe alluditur in ſacris, quando de effectibus, perſimillimis eis, quæ per* Eurum *producuntur, ſermo inſtituitur. Hujusmodi eſt locus* Eſaiæ *XXX.* 33. *ubi præcedentia a verſu* 27. *non ſolum* deſtruentis venti *omnia indicia continent, ſed &* halitui Domini, *quæ phraſis perquam frequenter* methaphorica Euri deſcriptio *eſt, tribuitur incenſio inimicorum tanquam* fluvio ſulphuris. Fac autem rem ita eſſe, cum Deus Euro tanquam adminiſtro iræ ſuæ uteretur; *purus* tamen *aër Palæſtinæ* fuit, cum in Aegypto ὀμιχλώδης καὶ δροσόβολος

temporibus *, ſed ex his quæ diximus, quæque viri doctiſſimi jam pridem obſervarunt **, abunde patet,

ſit THEOPHRASTO teſte lib. VI. de cauſis plantar. cap. 26.

† Calor illic erat inſignis, quare etiam metebant non refragantibus Hebræorum Magiſtris ante oblatum die ſexto & decimo menſis Niſan manipulum, uti in Miſna traditur. Ad oram Palæſtinæ maritimam etiam plus caloris erat, quam circa Hieroſolymas. Gazæ & vicinis in locis hodieque fructus multo ante maturi ſunt, quam in montanis Judæ; hic aër & ſolum frigidiora ſunt. Confer præter RELANDUM in Palæſtina etiam JO. LUNDIUM in den Jüdiſchen Heiligthümern lib. IV. c. 35. p. 896.

* Nota eſt diſtinctio inter *pluviam primam* & *ſerotinam* יורה ומלקוש Deuter. XI. 14. Jerem. V. 24. Joël II. 22. Confer de *potiſſimis pluviarum temporibus in Palæſtina* RELANDUM in Antiquitatib. veter. Hebr. delineatis P. IV. cap. I. §. 10. p. 373. JO. LIGHTFOOTUM in Hor. Hebr. ad Lucæ IV. 36. p. 767. THEODOR. AKERSLOOTUM in Comment. in Epiſt. Pauli ad Hebr. p. 438.

** De *fertilitate terræ Cananææ* plures ſcripſerunt auctores, quos commendat laudatque SALOMON DEYLINGIUS P. II. Obſervationum Sacrar. p. 107. ſeq. eos tamen indicans auctores, quos jam pridem exhibuerat teſtes JO. BENED. CARPZOVIUS in animadverſionib. & notis ad *Schickardi* Jus Regium p. 284. nos in præſenti, quos memoria ſuggerit, addemus alios BONFRERIUM ad Exodi III. JO. MICH. DILHERRUM Tom. I. diſputat. Academ. p. 760. JO. LUNDIUM in den Jüdiſchen Heiligthümern l. c. ADRIANUM RELANDUM in Palæſtina, CAMPEG. VITRINGAM in Geographia Sacra cap. VI. §. 11. HENRIC. NORISIUM diſſert. V. de anno

patet, verba Exodi *III.* 8. non figurate, neque comparate ad deſertum Arabiæ, multo minus ex lege prudentiæ hoc eſt ſtratagematis vel piæ fraudis ac doli, quem Moſi impie adſcribit TOLANDUS, explicari debere. Nolim jam diſquirere, an TOLANDO jam pridem in eadem de *Cananææ ſterilitate* ſententia proluſerit MICHAEL SERVETUS (ſive VILLANOVANUS idem a patria dictus) in editione ſua CLAUDII PTOLEMÆI, vide Celeberrimum JO. LAUR. MOSHEMIUM *in hiſtoria Michaëlis Serveti* p. 184. & excerpta Epiſtolæ DN. DES MAIZEAUX ad DN. DE LA MOTTE ſur l'accuſation intentée à SERVET au ſujet de ſon edition de la Géographie de PTOLEMEE; quæ excerpta inſerta videas dela Bibliotheque Raiſonnée des Savans de l'Europe Tome Troiſieme Premiere Partie p. 172. ſeq. id tamen certum eſt, TOLANDUM quemcunque etiam primum ſententiæ ſuæ auctorem habuerit, difficiles nugas proferre. *Cur hyperbolicum verborum ſenſum,* inquit

& Epochis Syro-Macedonum p. 470. JO. LIGHTFOOTUM in Horis Hebr. ad Matthæi XIII. 8. JO. BIERMANNUM in Moſe & Chriſto lib. II. cap. 8. p. 459. ut nunc taceam vel BROCARDUM, SWEIGERUM, & STAMMERUM Periegetas & teſtes oculatos, quos laudat LUNDIUS l. c. vel nummos Agryppæ II. in quibus per ſatis luculenta fertilitatis eximiæ ſymbola, ariſtas puta, cornuque copiæ terra Cananæa commendatur apud JAC. BASNAGIUM dans l'Hiſtoire des Juifs lib. I. cap. 14. §. 9. p. 356.

inquit SAL. DEYLINGIUS P. II. Obſervat. Sacrar. p. 113. *præter neceſſitatem fingamus, cum omnia ſint plana, intellectu facilia, & mellis ac* lactis fluxu, *ipſo interprete* TOLANDO *nihil intelligatur aliud, quam rerum omnium ad vitam commode ſuſtentandam neceſſariarum copia. Uberius hæc planiusque explicantur a Moſe* Deuter. *VIII.* 7. 8. 9. *Neque comparate ea verba accipere licet reſpectu ad devia & ſicca deſertæ Arabiæ loca habito, quia Iſraëlitæ tunc temporis* Exodi *III.* & *IV. adhuc in Aegypto hærebant, deſertum nondum viderant, nec itineris difficultatem norant. Verba vero* Deuteron. *VIII.* 7. 8. *ad Jordanem demum audiebant, cum ſuperatis diuturni itineris difficultatibus e deſertis Arabæ locis egreſſi, terram divinitus promiſſam occupaturi eſſent. Ob eandem rationem neque ſtratagematis vel* fraudis ſuſpicio *in Moſen integerrimæ probatæque fidei virum cadit. Quid enim opus erat, ut* Deuter. *VIII.* 7. ſeq. *demum, affeclis animum & calcar adderet, opimæ fertiliſque terræ pollicitatione, eo tempore, quo caſtris, in amœniſſimis Moabitarum agris poſitis, avia ac devia Arabiæ deſerta emenſi erant?* Ceterum terram Cananæam credentibus Judæis pignus fuiſſe & arrham communionis Dei in gratia in gloria & perfectam animæ ſatietatem & tranquillitatem, pluribus demonſtrant JO. BIERMANNUS in Moſe & Chriſto lib. II. c. 8. p. 459. HERM. WITSIUS Oecon. lib. IV, cap. 11. p. 768. JO. HENR. HEIDEGGERUS P. *I.* Corporis Theol. Loco *XIII.* §. 44. ſeq. JO. van der

WAEY-

WAEYEN in S. Theol. c. *IV.* §. 157 - 160. JO. D'OUTREIN in ſingulari diſſertatione de Teſtamento ſive Teſtamentis Dei ejusdem Commentario in Epiſt. Pauli ad Hebræos ſubjecta.

Πολλὰ ὀχυρώματα.] Palæſtina a Deo electa in ſedem Eccleſiæ, beneficio quodam naturæ undique circumſcripta & munita erat, cum ab Oriente Jarden fluvius cum duplici lacu, ab Auſtro deſertum & Montana Idumææ, ab Occidente mare, a Septentrione Anti-Libanus eam circumſcriberent ac munirent. Sic caverat Deus ſuo conſilio, qui voluit Iſraëlem ſeorſim habitare Numer. *XXIII.* 9. Hactenus CAMPEGIUS VITRINGA Tom. I. Comm. in Eſaiam p. 114. Ceterum de urbibus Canañææ munitiſſimis teſtis eſt ipſe Moſes Deuter. *III.* 5. ut nunc taceam nomen Botſra (בצרה) vel Betſer Græcis Boſor olim multis in Judæa oppidis commune fuiſſe, quod ſignificet munitionem, arcem, ὀχύρωμα: de quo alii dudum monuerunt. Præterea in Judæa paſſim montoſa & confragoſis rupibus plena antra & ſpeluncæ ſæpius pro munimentis erant. Liquet illud ex Hiſtoria Davidis 1. Sam. *XXIV.* 3. 4. & *XXIII.* 13. & Maccabæorum, adſcribam tamen inſignem locum in Hiſtoria Judicum *VI.* 2. ubi ſtatus gentis, quo tempore incurſionibus Moabitarum vexabatur, in hunc modum deſcribitur: *& oppreſſi a Midianitis Iſraëlitæ, pararunt in ſuos uſus ſpeluncas, quæ erant in montibus & antra & munitiſſima ad repugnandum loca.* Vide omnino

omnino FULLERUM Miſcellan. Sacr. IV. 6. & SAM. PETITUM Var. lectionum lib. *I.* c. 13. qui multis S. Scripturæ locis affundit lucis plurimum.

Καὶ κώμας.) Vocis hujus notio non eſt negligenda prorſus: ſic verbi gratia Lucæ *II.* 4. nominatur Bethlehem urbs David πόλις Δαβὶδ ſed Joannis *VII.* 42. dicitur κώμη vicus, ſive ut habet Latina verſio, *caſtellum.* Gloſſarium κώμη *villa, caſtellum, vicus.* Et S. HIERONYMUS modo appellat *villam*, ut in Epiſtola ad Marcellam, modo etiam *villulam*, ut in altera ad eandem Marcellam, aliquando *vix parvum viculum*, ut ad caput V. Micheæ. THEODORETUS ſermone 5. Curationum χωρίον ἄδοξον καὶ σμικρὸν *locum ignobilem & parvum.* Propterea hujus loci in tota hiſtoria Biblica & apud JOSEPHUM vix ſemel aut iterum facta reperitur mentio: atque adeo reperti ſunt, qui apud Lucam *II.* 4. κώμην legerent, non autem πόλιν, ut auctor eſt EPIPHANIUS hæreſi 51. Hactenus IS. CASAUBONUS exercit. II. adverſus *Baronium* n. 1. p. 148. at vero quomodo voces πόλεις, κῶμαι & κωμοπόλεις optime dignoſcantur, cum reſpondeant totidem vocibus Hebræorum כרכים & כפרים & עיירות videre licet apud JO. LIGHTFOOTUM in Horis Hebr. ad Marci I. 13. & VITRINGAM in libris de Synagoga vet. Cæterum auctor eſt JOSEPHUS excidii lib. *III.* c. 4. nullum fuiſſe parvum adeo oppidum aut vicum Galilææ, in quo non reperirentur millia quindecim οἰκητόρων *habitan-*

bitantium. Galilææ autem urbes pagiue erant ducenti & quatuor, teſtante eodem in vita ſua. Quamobrem reperiri potuerunt in Sola Galilæa, nulla habita ratione urbium majorum, in quo numeroſior longe fuit populus quam in oppidulis aut *κώμαις* tricies centena ac ſexaginta millia. Vide CASAUBONUM exercit. *I.* adverſ. *Baronium* n. 33. p. 133. & BASNAGIUM lib. *VII.* c. 11. p. 295. qui tamen negat, eos qui in Palæſtina 66240000. cives fuiſſe contendunt, auctoritate JOSEPHI niti poſſe.

Μία δὲ πόλις ὀχυρά.] Nec minus TACITUS lib. V. Hiſt. cap. 11. munimenta Hieroſolymorum laudavit, *urbem*, inquit, *arduam ſitu*, *opera moleſque firmaverant*, *quîs vel plana ſatis munirentur*. *Nam duos colles immenſum editos claudebant muri per artem obliqui aut introrſus ſinuati*, *ut latera oppugnantium ad ictus pateſcerent*. Quæ poſtrema TACITI verba JAC. LYDIUS in Syntagmate Sacro de re militari lib. IV. c. 4. p. 164. de illo munitionum genere accipit, quæ noſtrates Hoorn-Wercken vocant ab acutorum angulorum in eo opere prominentia inſtar cornuum. Ac ne hæc fruſtra dixiſſe videatur LYDIUS, idem verba Amoſi VI. 13. *nonne robore noſtro aſſumſimus nobis cornua*, de iſtiusmodi inſuper munitionibus exponit. Ceterum urbem Hieroſylomorum & natura & arte ſatis munitam fuiſſe ex TACITO itidem luculenter probat JACOB. BASNAGIUS dans l'Hiſtoire des Juifs lib. I. c. 19. §. 12. p. 567.

F Ilir-

Πεντήκοντα μάλιςα ςαδ:ων περίμετρον.) Ad hunc HECATÆI noſtri locum non negligenda eſt obſervatio SCALIGERI in notis ad fragmenta veterum p. 24. En ejusdem verba: Τιμοχάρης ἐν τοῖς περὶ Ἀντιόχȣ ait μ̅ ςαδίων *tantummodo*, ὁ σχοινομέτρης τῆς Συρίας κ̅ζ̅ ςαδίων. *Si locus eſt conjecturæ in loco* TIMOCHARIS *puto legendum* μ̅θ̅, *in loco autem* τȣ̃ σχοινομέτρȣ, μ̅ζ̅. *Ita non multum abfuerint ambo a ſententia* HECATÆI, *qui ambobus vetuſtior.* Sed mittamus SCALIGERUM, ad eundem HECATÆI locum reſpicit JO. BIERMANNUS in Moſe & Chriſto lib. II. c. 8. p. 461 his verbis uſus: *Heckateus Abderita ſchreibet, daß die Stadt in ihrem Bezirck 50. Stadien, welche bey ſechs teutſche Meiler außmachen, gehabt habe.*

ἣν οἰκȣ̃σι μὲν ἀνθρώπων πέρι δώδεκα μυριάδες.] RUFFINUS: hominum circa centum & quinquaginta millia. Hoc ſane verum erat, ſi HECATÆUS ſcripſiſſet περὶ πέντε καὶ δέκα μυριάδας. Vides quanta fuerit Hieroſolymorum urbs, quam totius Orientis ornamentum vere vocare poterant ſeculo HECATÆI, hoc eſt initio Seleucidarum. Hæc SCALIGER ad h. l. HECATÆI in notis ad veter. fragmenta l. c. ſed operæ quoque pretium fuerit audire VITRINGAM Tom. I. Comment. in Eſaiam p. 637. cum enim is perveniſſet ad Eſaiæ XXII. 2. *ubi Hieroſolyma dicitur urbs vociferationibus plena, civitas ſtrepera, urbs exultabunda*, ſequentia addit verba: *Hecatæus Abderites apud* Joſephum *deſcribens*

bens Hieroſolymam ut πόλιν ὀχυρὰν *urbem munitam ſuo tempore (vixit autem circa ætatem Alexandri & Ptolemæi Lagi) cepiſſe ait circiter centum & viginti hominum millia.* Verba ejus: μία δὲ πόλις ὀχυρὰ πεντήκοντα μάλιστα σταδίων τὴν περίμετρον, ἣν οἰκοῦσιν ἀνθρώπων περὶ δώδεκα μυριάδες. *Interpres vitioſe:* centum & quinquaginta millia. *Numerus vere ſatis eſt amplus & frequens; & cogitandum tamen, illo tempore Rempublicam Judæorum nondum recuperaſſe vigorem priſtinum. Scriptor* II. Maccab. V. 14. *narrat Antiochum Epiphanem, reverſum ex Aegypto poſt ſecundam ſcilicet in eam expeditionem, animo effero ingreſſum Hieroſolymam, multos trucidaſſe cives innocuos, alios rapuiſſe in ſervitutem, quem numerum cenſet millibus octoginta. Verba ejus:* ὀκτὼ δὲ μυριάδες ἐν ταῖς πάσαις ἡμέραις τρισὶ κατεφθάρησαν, octoginta autem millia tribus hiſce diebus deſiderata ſunt, *partim ſcilicet vendita, partim interfecta, ut locum recte accepit* GROTIUS. *Ex quo caſu ſi æſtimanda eſſet frequentia incolarum hujus urbis, qualis illo fuit tempore: populoſiorem eam fuiſſe dicendum eſſet, quam ſupponit* Hecatæus. *Quis enim dixerit Antiochum urbem dimidia civium parte petulanter voluiſſe ſpoliare? Sed forte Hiſtoricus hic, Jaſonem ſecutus, nimis fuit liberalis.* JOSEPHUS Antiquit. lib. XII. c. 7. *modeſtius & prudentius reſtrinxit fere ad decem hominum millia. Cætera nullus dubito, quin urbs Judææ, & ſcaturiente magna hominum multitudine (quod paſſim ex ſacra hiſtoria liquet)*

liquet) ante exilium Babylonicum (ad inferiora enim tempora non deſcendo) populoſiſſime ſit habitata,quippe cujus rei reſpectu dicitur רבתי עם ampla populo, *ſive* multi populi urbs *apud Jeremiam in Threnis I. 1.* תפארת ישראל *ibid. II. 1.* decus Iſraëlis perfecta pulcritudine, משוש לכל הארץ gaudium totius terræ v. 15. *coll. Pſalm.* XLVIII. 3. Hactenus VITRINGA multo modeſtior VILLAL PANDO, qui civium Hieroſolymitanorum numerum auget. Audiamus BASNAGIUM dans l'Hiſtoire des Juifs lib. VII. c. XI. p. 295. *Villalpand ſoutient que du tems de Joſaphat* (2. Livre des Chron. chap. 17. verſ. 15. *il y avoit dans la ſeule Ville de Jeruſalem onze cens ſoixante mille hommes capables de porter les Armes. Mais l'Hiſtorien Sacré ne parle point uniquement des habitans de Jeruſalem: il compte tous les Hommes que Joſaphat pouvoit tirer de toute la Judée pour les mener en Campagne. Il en trouve onze cens ſoixante mille ſans les Garniſons des Places fortes.* Ab hac vero *multitudine civium Hieroſolymitanorum*, quantacunque etiam fuerit, diſcernendi ſunt illi *conventus multo majores*, qui *Hieroſolymis* habebantur præſertim tribus diebus feſtis רגלים *Regalim* dictis, Paſchatis, Pentecoſtes, ante omnia die Paſchatis. Placet hoc loco ex JOSEPHI de B. J. VII. 17. *ingentem & incredibilem multitudinem ovium Paſchalium*, ſub Ceſtio uno Paſchatis feſto mactatorum, addere, ut inde de adhuc majori Judaici populi multitudine conjecturæ fierent. Quamvis enim Davidi male ceſſerit, quod populum

lum numeraſſet, quamvis Judæi putarent illicitum eſſe, ſe, id eſt populum Iſraëliticum, per capita numerari, quod eſſent futuri ſicut arena maris, cujus numerus iniri nequit, jam antiquiſſimis tamen temporibus populus hoc modo numerabatur, ſi illis credimus, qui putant 2. Sam. III. 12. טלאים ſignificare *agnos paſchales*, uti Targumiſta, qui illic habet: *& numeravit eos per agnos paſchales.* Nimirum Ceſtius vires civitatis ac florem Neroni indicare cupiens, a Pontificibus petiit, ut ſi quomodo poſſent multitudinem numerarent. Illi autem hoſtiarum ducenta & quinquaginta ſex millia & quingentas numeravere. Fiunt autem, ut denos epulatores per ſingulas imputemus, vicies centena ac ſeptingenta millia, ſancti omnes ac puri: unde colligere licet, quomodo promiſſio Dei impleta, quod numerus illorum futurus ſit ut arena maris. Summa autem JOSEPHI ex ovium mactatarum multitudine numero rotundo maximo ſumitur, non præciſe, quod ita procederet 256500. Hoſtiæ, unaquæque pro 10. convivatoribus 2565000. convivatores, at ſecundum JOSEPHUM ponuntur 2700000. De hiſce plura habet JO. BRAUNIUS in Selectis Sacris P. II. ubi de amplitudine & ſplendore Urbis Hieroſolymitanæ; confer J. B. OTTIUM in animadverſionib. in FL. JOSEPHUM, IS. CASAUBONUM exercit. I. adv. *Baronium* n. 33. p. 133. BASNAGIUM dans l' Hiſtoire des Juifs lib. VI. c. 9. §. 4. p. 184. JO. LUNDIUM in den Jüdiſchen Heiligthümern lib. I. c. 36. p. 202. SAM. BOCHARTUM Phaleg. lib. IV. c. 20. p.

 287.

287. Sicut autem LXX. conventus illos ſacros Judæorum ſtatis feſtis *Hieroſolymis* inſtitutos, per voces πανήγυρις, πανηγυρίζειν exponit, vide Eſaiæ LXVI. 10. Ezech. XLVI. 11. Hoſeæ II. 10. IX. 5. Amos V. 21. & JO. SPENCERUM lib. III. diſſert. 1. cap. 8. ſect. 1. p. 882. ita nullum eſt dubium, quin eo digitum intendat Apoſtolus, quando in Epiſt. ad Hebr. XII. 23. Commemorat πανήγυριν καὶ ἐκκλησίαν πρωτοτόκων ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένων. Confer inter alios JO. BRAUNIUM Comment. in Epiſt. ad Hebr. p. 883. ſeq.

Καλοῦσι δ' αὐτὴν Ἱεροσόλυμα.] Vocatur ab Joſua *Jeruſalem* cap. X. 1. XV. 8. 63. & poſt ejus mortem Judic. I. 8. 21. Septuaginta Græci vocant Ἰερουσαλήμ: in Novo Teſtamento duplex vocabuli forma Ἰερουσαλὴμ & Ἱεροσόλυμα, quæ poſterior forma profanis uſitata plurali, etiamſi nonnunquam ſingulari numero, ſi ſalvi libri ſunt. Vide CHRISTOPH. CELLARIUM Geographiæ Antiquæ lib. III. c. 8. p. 539. Originem etymonque nominis haud indicavit HECATÆUS in ea re multo modeſtior aliis ſcriptoribus antiquis, qui in *origine nominis inveſtiganda* omnem luſerunt operam * hoc noſtro ſeculo, perſpecto illo vete-

* Audire præſtat SAM. BOCHARTUM Canaan lib. *II.* cap. 4. p. 795. Graviſſimum eſt JOSEPHI ἁμάρτημα *de nomine Hieroſolymorum* lib. *VII.* de bello Jud. c. 18. Ἱεράσατό τε τῷ θεῷ πρῶτος, καὶ τὸ ἱερὸν δειμάμενος, Ἱεροσόλυμα τὴν πόλιν προσηγόρευσε Σόλυμα καλουμένην πρότερον, *ſacerdotium Deo primus exhibuit* (Melchiſedech) *& cum*

veterum Scriptorum errore, doctiſſimi quique viri de vera nominis hujus inveſtigatione & [illegible] notione

---

templum ædificaſſet, Hieroſolyma vocavit urbem, quæ prius Solyma dicebatur. Tot σφάλματα quot verba: Melchiſedecum aſſerit hominum omnium primum ſacerdotem egiſſe, cum eum præceſſerit Abel annis circiter bis mille: & regnaſſe Hieroſolymis, cum ex Scriptura conſtet urbem Salem, in qua regnavit Melchiſedech, fuiſſe in via, qua itur e valle Damaſcena Sodomam: & templum exſtruxiſſe Deo, qui ante Solomonem nunquam habitaverat in domo. Sed iſta ſunt alterius loci: id ſolum hoc loco urgemus, quod *Solymorum* nomen vult a Rege Chananæo in *Hieroſolyma* mutatum propter τὸ ἱερὸν id eſt templum ibi exſtructum: ac ſi Græca nomina indiderint Chananæi urbibus a ſe conditis. Errore non abſimili EUPOLEMUS in EUSEBIO lib. IX. præparat. ſcribit templum Hieroſolymis a Solomone conditum, cum ἱερὸν Σολομῶνος antea vocaretur, ὕστερον παρεφθαρμένως τὴν πόλιν ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, Ἱερουσαλὴμ ὀνομασθῆναι, *tandem etiam ipſam urbem a templo corrupte Jeruſalem eſſe appellatam.* Et vaniſſimus ſcriptor LYSIMACHUS ALEXANDRINUS ἱεράσυλα dictam nugatur, eo quod τὰ ἱερὰ συλῶντες καὶ ἐμπρήσαντες *fanis compilatis atque incenſis*, illam Judæi condidiſſent. Quod commentum JOSEPHUS cum ex Hebræa lingua refellat libro primo contra *Apionem* verbum ἱεροσυλεῖν obſervans οὐ κατὰ τὴν αὐτὴν φωνὴν Ἰουδαίους τοῖς Ἕλλησιν ὀνομάζειν, *a Judæis, quomodo a Græcis non uſurpari*, non debuit idem ſui immemor ad Græcos fontes revocare nomen Hieroſolymorum. Merito igitur HIERONYMUS in Epiſt. 126. ad Evagrium:

notione magis fuerunt ſoliciti magisque. CAMPEGIO VITRINGÆ Tom. I. Comment. in Eſaiam p. 636. urbis verum nomen eſt ירושלם vel quod frequentius ירושלים *numero duali* cum reſpectu ad *duas urbis partes meridionalem* ſcilicet montem Tſion, Pſalm. XLVIII. 3. cum Ophel, & *Septentrionalem* hoc eſt ſubjectas illi valles cum collibus Acra & Moria. Eſtque nomen conſtructum ex tribus vocibus יהוה יראה שלם valetque *Jehova providebit pacem*, ſive proſperitatem, ſecuritatemque. Vox יראה ſupereſt in primis literis יר Nominis יהוה nota eſt in ſubſequente litera י & שלם integrum pro שלום. Formata autem eſt ex vetuſtiſſimo Urbis nomine שלם *Salem* (proſperitas, ſecuritas, pax) & ſymbolico dicto de montano hoc tractu, quod occurrit Geneſ. XXII. 14. *& appellavit Abraham nomen hujus loci* Jehovah providebit יהוה יראה *unde hodie in diverbium abiit, in monte Jehovæ providebitur.* Confer verſum 8. Unde ſimul patet, integrum nomen urbi eſſe datum non a gentilibus (licet per πρόληψιν jam uſurpetur in libro Joſuæ) ſed ab ipſo Dei populo, florente re Judaica. *Sic ſentio plane*, inquit VITRINGA, *hoc*

Salem autem non ut JOSEPHUS *& noſtri omnes arbitrantur, eſſe Hieruſalem nomen ex Græco Hebraicoque compoſitum: quod abſurdum eſſe peregrinæ linguæ mixtura demonſtrat.* Hæc BOCHARTUS ſuo quem indicavimus loco laudante & plaudente HERM. WITSIO Tom. II. Miſc. Sacr. exercit. X. §. 3. p. 242.

Digitized by Google

hoc tempore, ut ſi alibi fortè mihi quid adhæſerit de communi ſententia, ſignificari hac voce viſionem pacis, *id nunc in medio relinquam.* Veniamus nunc ad ADRIANUM RELANDUM, qui in Palæſtina p. 833. hunc in modum ſententiam ſuam expoſuit. Vocum *Jeruſchalaim* ירושלים & *Jeruſchelem* ירושלם illa *Hebræa* magis, hæc *Chaldæa* eſt in ſcriptis Danielis & Ezræ uſurpata, & in hunc modum frequentata a ſcriptoribus N. T. Videtur autem mihi nomen hoc *Jeruſalem* eſſe compoſitum ex ירוש *hæreditas, poſſeſſio hæreditaria,* & שלם *ſchalem.* Reliquæ præfiſcine dixerim, etymologiæ ירואו שלם *timebunt Salem* vel יראו שלם *videbunt pacem*, mihi nequaquam probantur. Verum ut nunc taceam HERM. WITSIUM, qui itidem Tom. II. Miſcell. Sacr. exercit. X. §. 4. p. 243. modo dictas etymologias rejicit, etiamſi CHRISTOPH. CARTWRIGHTUS lib. V. Mellificii Hebr. c. 2. easdem tueri videatur cum auctore illo diſſertationis Criticæ in Pſalm CX. de quo vide Tom. III. de l'Hiſtoire Critique de la Republique des lettres tant ancienne que moderne p. 153. Itaque ſecundum RELANDUM ירוש שלם *poſſeſſio hæreditaria pacis* mihi videtur aptiſſime huic urbi tribui, quando urbibus Hebræorum adſcita a Dauide, atque mox templum in ea conditum, & pax non tantum incolis hujus urbis, ſed totius terræ Iſraëliticæ confirmata, ipſa facta eſt *poſſeſſio hæreditaria*, & ſedes regia imperii Judaici ſub Rege, cujus imperium ſuis *ἀναίματον*, ut verbis

utar ÆLII LAMPRIDII de Severo. Antea enim hoc nomine dicta non videtur, ſed *Jebus*, & ſi quid conjicere licet, a Salomone illud accepit non ſine reſpectu ad vetus nomen urbis יבוס Jebus & ſui ipſius Schelomo, quod eandem originem agnoſcit. Quid? quod cum antea Deus ipſe *incertam ſedem* modo in Gilgal, modo in Schilo, Gibeon & aliis locis, ad quæ arca & tabernaculum migrabant, habuiſſet, hic demum נחלה (quod cum ירוש idem eſt) & *manſuram in ſecula ſedem* fixerit, quare & בית עולמים nuncupatum templum eſt, & tum demum arcam ad נחלה perveniſſe tradant Talmudici. Confer 2. Chronic. VI. 5. & Mechilta vetuſtiſſimum in Exodum commentarium fol. 30. Hinc quoque in Apoc. III. 12. cum templo mentio fit nominis urbis *novæ Jeruſalem*, & regio, quam beatæ animæ incolent, ubi ex hac vita exceſſerint, nomine Jeruſalem aptiſſime inſignitur, ubi non tantum *alta pax* ſit, ſed & *æterna* ac immutabilis vitæ *poſſeſſio*. Non eſt, quod aliquem ab hac etymologia alienum reddat uſurpatio hujus nominis in ſcriptis ante tempora Salomonis editis. Quamvis enim id faterer, notum eſt, & in ipſo Moſis volumine nomina legi. Nec eſt quod *abſentia unius literæ Schin* offendere quemquam debeat, quam ſequens ejusdem ſoni litera abſorpſit. Sic ברבי pro בררבי *uti ex* נין נוה Nini habitatio factum eſt nomen urbis נינוה Nineves & ex ארבע עשר quatuordecim ארבעסר &c. & tredecim תליסר pro תלעשר. *Id pronunciationi*

acce-

acceptum referri debet, & quis neſcit non Hebræa ſolum, ſed aliis linguis illud ſexcenties contingere, quamvis nec eo confugere opus ſit, ſi unam literam ſchin alteri per Dages inſertam dicere velimus, quod ſæpe excidit' εὐφωνίας ἕνεκα. Vulgo dicitur, formam *numeri dualis* huic voci eſſe, quod *Jeruſalem* in duo diviſa fuerit *ſuperiorem* & *inferiorem*. * Non videtur, cum pro-

* Cum RELANDO facit SIXT. ab AMAMA in Antibarbaro p. 475. *dicam, inquit, quod ſentio, vetuſtius nomen eſſe puto* Jeruſalem *ſine Jod. Firmat hanc meam conjecturam antiquum urbis nomen, unde hoc compoſitum eſt*, Salem, *& conſtans ſcriptura ſine Jod. Quam lectionem etiam Chaldæus &* LXX. *& ſcriptores N. Teſtamenti &* HIERONYMUS *conſtanter retinuerunt. Poſterioribus autem temporibus dici cœpiſſe etiam* Jeruſalajim, *forte quod urbs quaſi gemina eſſet ſuperior & inferior. Unde hanc plenam ſcripturam cum jod non invenies niſi in libris circa vel ſub captivitate Baylonica ſcriptis. Ex gr. Jerem. XVIII.* 26. 1. Chron. *III.* 5. 2. Chron. *XXV.* 1. Chron. *XXVI.* 5. Eſth. *II.* 6. Hæc quidem AMAMA ſubſcribente J. H. HOTTINGERO in diſſertatione de nummis Orientalium Judæorum maxime & Muhamedanorum p. 129. ſed HERM. CONRINGIO de Nummis Hebræor. Paradoxis c. 9. p. 89. aliter videtur. En ejus verba: *cum urbis partes fuerint jam Davidis ætate aliæ in montibus ſitæ (Arnon utique Jebuſæus incoluit montem Moriæ) aliæ locis depreſſis, diſtinctio illa urbis in ſuperiorem non eſt nova, ſed perantiqua & nata forte cum ipſa urbe. Quoniam porro etiam ipſi Chaldæi paraphraſtæ ſcribant* Jeruſalem, *liquet, ſic ſatis recenti ætate fuiſſe in uſu* τὸ Jeruſalem, *nec εὐφωνίας gratia a ſolis Græcis*

probari nequeat æque antiquam eſſe diviſionem illam urbis in *duas partes* ac nomen *Jeruſchalaim.* Præ-

hanc appellationem aut cœpiſſe, aut retentam eſſe. Quoniam porro in ipſomet Jeremia occurrit illud Jeruſalajim, *etiam illa appellatio non demum poſt captivitatem incepit. Videtur igitur, eam quidem* AMAMÆ *conjecturam: quaſi nimirum illud* Jeruſalem *arguat vetus ævum, quod captivitatem præceſſit, quaſi item tunc fuerit in uſu, non autem poſteris temporibus, quaſi denique ibi tandem obtinuerit* Jeruſalajim: *illam dico conjecturam non eſſe vero conſentaneam, atque adeo neque* Jeruſalajim *recentius, neque* Jeruſalem *vetus ævum indicare. Potius ſane veriſimile eſt, voces illas eodem tempore, & quidem etiam diu poſt ſolutam captivitatem, in promiſcuo fuiſſe uſu vulgi, aliis hoc aliis altero modo pronunciantibus. Conſtat ſane Galilæos a Judæis dialecto multum fuiſſe diverſos. Obſervat quoque* R. AZARIAS *ex Megilla Talmudica, Hieroſolymitanam plebem ſcribere ſolitam* Jeruſalaimah *& de hac re non curare.* Quicquid autem ejus rei erit: ipſi antiqui Judæi ex illis verbis Pſalmi CXXII, 3. *Hieroſolyma exſtructa ut urbs ſibi ſimul juncta* colligunt *Hieroſolymam ſupernam* ירושלם של מעלה *& Hieroſolymam inferiorem* ירושלם של מטה iidem addunt Hieroſolymam inferiorem eſſe figuram ſuperioris *in futuro ſeculo,* ſive *in diebus Meſſiæ.* Vide præter Paulum ipſum in Epiſt. ad Galatas IV. 26. ipſa veterum Judæorum teſtimonia apud CHRISTOPH. CARTWRIGHTUM lib. III. Mellif. Hebr. c. 4. RAYMUNDUM in Pug. Fid. P. II. c. 9. fol. 309. VOISINUM in Obſerv. Procem. Pug. Fid. *Raym.* fol. 142. VITRINGAM Obſervat. Sacr. lib. I. diſſert. 3. c. 6. p. 217. JO. van der WAEYEN in variis Sacris p. 113. ANTON. GRELLOTUM in Prodromo

Præterea terminatio *dualis* non arguit ſemper *rem* eſſe *geminam*: ſunt enim voces ſimili inclinatu, quæ notione duali carent. Denique ex שלם duale non fit שלים non magis quam ex לחם fit לחים. Mem enim radicale, ut loquuntur Grammatici, evaneſceret contra morem. Sic, ut diſcrimen, quod intercedit in *em* & *aim* videatur *ſoli pronunciationis affinitati* tribuendum, cum & Hebræi Patach & Chirek permutent cum Zere, uti Beth pro Bajith, & Græci pro Aim ſubſtituerintem in Mizraim, Ephraim & ſimilibus. Atque hanc obſervationem debemus RELANDO, cui ſubjungere juvat verba JAC. GUSSETII in Commentariis Linguæ Hebraicæ p. 864. *nominis urbis ſanctæ* ירושלם *ſyllabæ poſteriores quin deriventur a radice* שלם *nemo dubitat. Huic autem veritati repugnat* ירוּשָׁלַיִם *ſub forma duali, nam ſic* ם *finale non eſſet a radice, ſed a declinatione. Quapropter hanc punctuationis partem non eſſe antiquam cenſeo, ſed emendandam* יְרוּשָׁלֵם *per tzere, quo concinat cum literis, ut debet: natam puto occaſione quatuor exemplorum per* (י) *ſcriptorum, ſed ſumendum potius fuiſſet* (י) *ut quieſcens in tzere, quam amittenda radix* שלם. *Certe plura ſeptingentis exempla ſine* (י) *dantur, quibus quatuor illa accommodari multo juſtius fuerit, quam ut hac omnia cedant illis*

Apocal. p. 237. BRAND. HENR. GEBHARDUM in diſſertat. ad Eſaiæ LXVI. 7. de ſterilis Sionis per Chriſtum facta viſitatione §. 2. ſeq.

illis tam paucis. At ſine (י) *literæ tzere appetunt, ut oſtendit* שָׁלֵם *tum ſubſt. nomen civitatis regiæ tum adjectivum. Hoc modo legebant* LXX. *Græce interpretantes; nam utuntur* τῷ ἦτα *reſpondente* τῷ *tzere accurratisſime; ſic adhuc Apoſtoli. Et lectio per* (··) *ficta eſt poſt eorum ætatem.* Ceterum adhuc unum Hieroſolymorum nomen ex doctorum hominum conjectura * adji-

* Vide CHRISTOPH. CELLARIUM Geographiæ Antiquæ lib. *III.* c. 13. p. 540. CAMP. VITRINGAM Obſervation. Sacrar. libr. V. c. 15. §. 6. p. 189. JO. LIGHTFOOTUM in Decade Chorographica Marco præmiſſa cap. III. §. 6. p. 542. & PRIDEAUX dans l'Hiſtoire des Juifs Tom. I. p. 101. quem audire operæ pretium fuerit: *Il eſt vrai, qu'il n'eſt point fait mention de ce nom ni dans l'Ecriture, ni dans* JOSEPHE. *On ne peut pourtant douter, que du tems* d'HERODOTE *cette ville ne fût ainſi appellée par les* Syriens *&* les Arabes, *puiſque jusques à aujour d'hui elle n'eſt connuë parmi eux & parmi tous les* autres peuples d'Orient, *que ſous un nom, que a la même origine & la même ſignification. Car* Jeruſalem *eſt pour eux un nom auſſi étrange que l'eſt pour nous* Cadytis. *Ils appellent tous* (GOLII notæ ad ALFRAGANUM p. 137. Voyages de SANDYS Liv. 3. p. 155. BAUDRANDI Geographia ſub voce Hieroſolyma) Alkuds, *qui ſignifie la même choſe que* Cadytis, *ſavoir la* Sainte, *épithete qui lui fut communément donnée depuis que Salomon y eut bâti un Temple, pour être le Centre du Culte & de la Religion des Juifs. On la trouve nommée dans le Vieux Teſtament* Nehemie XI. 1. 18. Eſaie XLVIII. 2. & LII. 1, Daniel IX. 24. Guir Hakkodesh, *c'eſt à dire* la ville de Sainteté *ou la ville Sainte, & en divers endroits du Nouveau* Matth.

adjiciatur Καδυτις *Cadytis* HERODOTI. Lib. II. c. 159. *Necos*, inquit, *victis Syris* Κάδυτιν πόλιν τῆς

XV. 5. XXVII. 53. Apocal. XXI. 2. *le même nom lui eſt donné. Les Juifs lui donnoient le même titre dans leur monnoie. L'inſcription de leurs Sicles dont on a encore aujourd'hui pluſieurs, étoit* Jeruſalem Kedushah *c'eſt-à-dire* Jeruſalem la Sainte. *Voyez les Oeuvres de* LIGHTFOOT Vol. I. p. 497. & Vol. II. p. 303. *& l'Apparat de* WALTON *qui eſt à la tête de la Bible Polyglotte* p. 36. 37. *Cette monnoie s'étant repanduë parmi les Nations voiſines, ſur tout depuis que la Captivité de Babylone eut diſperſé ce Peuple dans tout l'Orient, elle porta ce nom avec elle chez toutes ces Nations. Depuis ce tems-là les Orientaux appellerent cette Ville* Jeruſalem Kedushah, *& à la fin par abbreviation* Kedushah *ſimplement, & les Syriens qui dans leur Dialecte changent d'ordinaire le* sh *Hebreu en* th, Kedutha. *Comme le Syriaque du tems d'*HERODOTE *étoit la ſeule Langue qu'on parlât dans la Paleſtine, l'Hebreu depuis la Captivité de Babylone n'aiant plus été la langue vulgaire ni dans ce Païs-là ni dans aucun autre, cet Hiſtorien trouva, dans le voyage qu'il fit dans ces quartieurs-là, que cette Ville y étoit appellée* Kedutha; *d'où en ajoûtant la terminaiſon Grecque, il fit en Grec* Κάδυτις *ou* Cadytis, *dans ſon Hiſtoire qu'il écrivit environ le tems, que* Nehemie *finit ſon Gouvernement de douze ans à Jeruſalem. C'eſt pour la même raiſon, qui lui avoit fait donner le nom de* Kedushah *ou* Kedutha *dans la Paleſtine & dans la Syrie, que les Arabes dans leur Langue l'appellant* (GOLII notæ ad ALFRAGANUM p. 137.) Bait Almokdes, *c'eſt-à-dire la* Sainte Maiſon *ou la* Ville Sainte: *& ſouvent avec un autre adjectif de la même racine & de la même ſignification* Bait Alkuds *ou ſimplement* Alkuds, *c'eſt-à-dire la* Sainte, *qui eſt aujourd'hui le ſeul nom*

τῆς Συρίης ἐοῦσαν μεγάλην εἷλεν, *Cadytin magnam Syriæ urbem cepit.* At cujus Syriæ? ipſe explicat lib. III. c. 5. ἀπὸ Φοινίκης μέχρι οὔρων τῶν Καδύτιος πόλιος, ἥ ἐστι Συρίων τῶν Παλαιστινῶν καλεομένων, *a Phœnice usque ad montes Cadytios urbis, quæ Syrorum eſt, qui Palæſtini vocantur.* Quod enim Hieroſolyma civitas *ſancta* dicebatur, videtur קדושה ſeu קדישא in קדיתא vel קדותה dialecto Orientalibus conſueta immutatum, unde facile Κάδυτα & Κάδυτις deduci videtur. STEPHANUS BYZANTIUS ex HERODOTI ſecundo Κάλυτις legit, ſed haud dubie pravato codice uſus, quia Δ & Λ facile permutantur. Idem STEPHANUS in voce Καρδυτὸς Hieroſolymam eadem voce deſignat: Καρδυτὸς πόλις Συρίων μεγάλη, ὡς Εκαταῖος ἐν περιηγήσει Ἀσίας, *Cardytos urbs magna Syrorum, ut ait* HECA-

qu'elle porte chez les Turcs, les Arabes, & les autres Peuples Mahometans de ces quartiers-là. Voyages de SANDYS *Liv.* III. p. 155. BAUDRANDI Geographia l. c. Non ſum neſcius, ubi ad *Cadytin* HERODOTI ventum eſt, JOSEPHUM SCALIGERUM in notis ad fragmenta veterum, JAC. USSERIUM in annalib. Vet. Teſt. p. 66. JO. CLERICUM in notis ad 2. Regum XXIII. JAC. PERIZONIUM in Originib. Aegypt. p. 417. & ADR. RELANDUM in Palæſtina p. 668. in alia omnia abeuntes, *quamvis aliam urbem, quam Hieroſolymam* velle intelligi, ſed priorem ſententiam non ſolum pluribus argumentis confirmat, ſed & eas virorum doctorum, quos indicavimus, conjecturas, diſcuſſit HEINIUS obſervat. Sacrar. libr. I. c. 5. p. 63.

HECATÆUS *in deſcriptione Aſiæ. Nihil abſurdi* inquit HEINIUS Obſervat. Sacr. lib. I. c. 5. p. 82. *cur* Hieroſolyma, *ut* עיר קדש ita non æque קרת קתש vel קרית קדש *appellari potuerit, utrumque quippe urbem Sanctitatis notat. Hoc ſonabit* Kirjat Codeſch, *illud* Keret Codeſch *vel* Kartha Codeſch. *Ejecta media ſyllaba* co, *remanet* Karthadeſch, Cardyteſch, & Cardytos. *Nec ſine exemplo mediam ſyllaban expulimus: idem enim factum in* Καρχηδὼν *quod ſcribendum* Καρθαχηθὼν *ab Hebr.* קרתא חרתא Cartha chatdha. *Progredimur porro. Montem Zion primariam urbis Hieroſolymæ partem & conſequenter ipſam* Hieroſolymam עיר דויד Ir David *propria appellatione eſſe inſignitam nemo negaverit, qui legerit* 2. Sam. V. 9. & *alia loca innumerabilia, ubi id nominis obvenit. Pro* Ir David *ſubſtituamus* Ar David ער דוד & ע *mutemus in G, tum in C, tum in K & legamus Hebraice* קר דוד *ſine vocalibus adſcriptis: audiemus* Kardut, *tum* Cardyt, *denique* Cardytos. *Quod ſi vero nimis dura alicui videretur mutatio* ע *in* ק *quamvis non ſit inſolens, ille pro* עיר *aſſumat vocem* קרת *vel* קרית *ex loco Jeſaiæ* XXIX. 1. *Habebimus iterum vel* Kartha dud, *vel* Karth dud & *tandem* Cardytos, *adjecta terminatione Græca. Sic ex hac intricata Etymologia emerſimus, ſalvatis lectionibus* HERODOTI & STEPHANI, *quarum optimam reor eſſe illam* ΚΑΡΔΥΤΟΣ & *hinc etymon plenarie ſatis faciens, quod illud vocabulum derivat a* עיר דוד vel

קרית דוד. Ceterum de *Topographia Urbis Hieroſolymorum rite inveſtiganda* conſulere fas fuerit JOSEPHUM de Bello Judaico lib. V. c. 4. (ex quo ſchema τοποθεσίας concinnavit, æríque incidendum curavit RELANDUS, uti videre licet Tom. II. Operum JOSEPHI ab HAVERKAMPIO editorum p. 327. ut nunc taceam luculenta ex JOSEPHO excerpta in calce Compendii Hiſtoriæ Judaicæ, quod adornavit LUDOV. CAPPELLUS) CHRISTOPH. CELLARIUM Geographiæ antiquæ lib. III. c. 13. p. 539 - 544. ADR. RELANDUM in Antiquitatib. S. veter. Hebr. delineatis P. I. c. 2. p. 7. & in Palæſtina, JO. HENR. HOTTINGERUM in diſſertatione de Hieroſolyma & circumjacentibus montibus, (quæ inſerta legitur ejusdem obſervationib. ad GOODWINUM p. 384. ſeq.) FRIED. SPANHEMIUM in Topographia Hieroſ. V. JO. LIGHTFOOTUM in Centuria Chorographica Matthæo præmiſſa cap. 21. CAMP. VITRINGAM in Comm. in templ. Ezech. P. I. c. 3. 4. HERM. WITSIUM Tom. II. Miſcellaneor. Sacror. Exercit. X. ARIAM MONTANUM, JO. COCCEJUM ad Pſalm. XLVIII. AUGUSTINUM CALMETUM Tomo I. Lexici Biblici p. 388. JO. BRAUNIUM in Selectis Sacris, JO. BIERMANNUM in Moſe & Chriſto lib. II. cap. 8. p. 461. JO. GOTHOFR. LAKEMACHERUM P. III. Obſervationum Philologicar. Obſervat. 6. p. 287. & qui accurate urbis, uti nunc eſt, delineationem ob oculos poſuit, JO. COTOVICUM Itine-

Itinerarii c. XX. Sicut autem falluntur, qui exiſtimant *Hieroſolymam* eſſe *umbilicum terrarum orbis,* * ita cavendum erit, ne omnes S. literarum locos

* Græcorum de umbilico terræ apud Delphos opinioni conſimilis eſt illa Chriſtianorum veterum, qui de Hieroſolymis vel loco circa illam urbem crediderunt idem. Horum perſonam Patriarcha Hieroſolymitanus tuebatur, qui apud EUTYCHIUM Tom. II. Annal. Alexendrinor. p. 286. de loco, quo Jacobus ſcalam cœli per quietem vidit (quem intra Aeliæ pomœria ponit) Omari Saracenorum Caliphæ dixit: *& hic locus in medio terræ.* Succinit VICTORINUS PICTAVIENSIS principio carminis de cruce, quod quidam CYPRIANO tribuunt:

Eſt locus, ex omni medium quem credimus orbe,
Golgatha Judæi patrio cognomine dicunt.

Et alius Chriſtianus Poëta, qui TERTULLIANUS putatur eſſe lib. II. adverſus *Marcionem* v. 196.

Golgatha locus eſt, capitis calvaria quondam
Lingua paterna prior ſic illum nomine dixit.
Hic medium terræ eſt: hic eſt victoria ſignum.

Confer RICHARD. MONTACUTIUM Originum Eccleſiaſticar. P. II. p. 392. JO. GREGORIUM in notis & obſervationib. in loca aliquot S. Scripturæ c. 18. & plures alios, quos indicat BALTHASAR BONIFACIUS in hiſtoria ludicra lib. XIX. c. 4. p. 545. Accedit auctoritas Judæorum, qui idem ſentiunt de Hieroſolymis: DAVID KIMCHI in Pſalmum LXXXVII. 3. *Terra habitabilis dividitur in ſeptem partes* (climata) *& in parte media eſt Jeruſalem; & hæc eſt medio terræ habitatæ.* Non eſt pœnitenda hæc ſententia, ſi cum geographorum rationibus, quæ per gradus fiunt, componatur, quorum ſexaginta circiter ad occidentis limitem, Hiſpaniam ulteriorem, ab Hieroſolymis numerantur, &

locos, in quibus *κατ' ἐξοχὴν* nomen *πόλις* obtinuit ** de ſola Hieroſolyma intelligamus.

Ἐνταῦ-

totidem fere ad Gangem fluvium, Indiæ citerioris & olim ab expeditione Alexandri notæ, terminationem: Phocis autem, in qua Delphi ſunt, viginti gradibus a Palæſtina, in occaſum verſus, eſt remota, ut vel hac de cauſa Græcorum opinioni Chriſtiana & Judaica ſit præferenda. Pondus adjiciunt oraculi ſortes, ad quas non Chriſtiani modo, ſed Judæi etiam olim provocaverunt, verum non pariter. Judæus KIMCHI Ezechielem & teſtem & interpretem advocat, qui cap. XXXVIII. 12. dixerit: יושבי על טבור הארץ *habitantes in umbilico terræ*. Ex Chriſtianis HIERONYMUS in Ezech. cap. V. comm. 5. commentatus eſt: *Pſalmiſta* (Pſalm. LXXIV. 12.) *paſſionem* (Dominicam) *exprimens, operatus eſt* inquit *ſalutem in medio terræ*. Bene res habet, ſi certa ſatis interpretatio ſit utriusque. At nondum evictum de Judæa Ezechielem vaticinari, aut pſalmo illo de Chriſti ſupplicio Davidem. Aliud præſidium ſententiæ confirmandæ quærendum eſt: id quod putamus Ezechielis cap. 5. commate 5. inveniri, ubi Dei verbis vir divinus ait: *iſta eſt Jeruſalem, in medio gentium poſui eam, & in circuitu ejus terras.* Quid eſt *in medio gentium*? R. SALOMO ISACIDES exponit, באמצע העולם *in medio mundo*: R. DAVID KIMCHI באמצע הישוב *in medio habitabilis terræ*. Cur ita? non tam idcirco quod אוויר טוב וממוזג *aër bonus ibi & temperatus eſt*, quod nemo negat, quam propter aliam eamque myſticam rationem, quam ita Comment. in h. l. HIERONYMUS interpretatus eſt: *Hieruſalem in medio mundi ſitam hic idem propheta teſtatur, umbilicum terræ eam eſſe demonſtrans. A partibus enim Orientis cingitur plaga, quæ appellatur Aſia; a partibus Occi-*

Ἐνταῦθα δ᾽ ἐϛὶ κατὰ μέσον μάλιϛα τῆς πόλεως.] Hunc locum HECATÆI noſtri tam accu-

dentis, ejus quæ vocatur Europa; a meridie & auſtro Libya & Africa; a ſeptentrione Scythia, Armenia, atque Perſide, atque cunctis Ponti nationibus. In medio igitur gentium poſita eſt, ut quia erat notus in Judæa Deus, & in Iſraël magnum nomen ejus; omnes in circuitu nationes illius ſequerentur exempla: quæ gentium circa ſe poſitarum impietatem ſecuta, vicit etiam ipſas in ſcelere ſuo. Præclare etiam in hanc rem MARCUS ANTONIUS SABELLICUS Ennead. VII. lib. I. de Chriſto in Judæa noto ſcripſit. *Natalis* inquit *terra multo aptior fuit ad myſterium in omnes gentes propagandum, quam ſi remotiore aliqua mundi plaga lux illa eſſet orta. Eſt Judæa terrarum fere media.* Quæ ſi pie apud animum æſtimantur, non, ut anilis fabula, ridenda eſt illa antiquæ eccleſiæ opinio, in medio mundo urbem Hieroſolymitanam ſitam fuiſſe, & in eadem medietate natum, ſupplicio adfectum, a mortuis excitatum humani generis reparatorem: ſcilicet ut omnibus pateret tanta ſalus, & ex æquo adnuntiari omnibus applicarique divina beneficia poſſent. Sed hæc laxe velimus intelligenda: faceſſat procul ſuperſtitio, quæ ut punctum in circulo, ſic centrum οἰκουμένης quaſi digito demonſtret, quia nec extremitates ejus ad geometricam rotunditatem exigi & adprobari accuratius a quoquam poſſunt. Videantur CELLARIUS lib. I. Geographiæ antiquæ c. 4. p. 16. IS. CASAUBONUS Exercit. XVI. adverſus *Baronium* n. 83. p. 552. RELANDUS in Palæſtina p. 55. GODOFR. OLEARIUS in Obſervationib. in Matth. p. 183. J. B. OTTIUS in ſpecimine lexici Flaviani in voce ὀμφαλὸς p. 323. Tom. II. Oper. Joſeph

accurate *templum* in *umbilico Hieroſolymæ* cum *præcipua ſuppellectile* deſcribentis magno habent in pretio CAMPEG. VITRINGA Tom. I. Comm. in Eſaiam p. 115. GROTIUS de verit. relig. Chriſt. lib. III. §. 16. in notis (g) & CAROLUS WOLZELEY in der warhaftigen Glaubwürdigkeit der Heil. Schrift, P. II. c. 5. p. 463. Jam vero inde egregiam lucem accipiunt nonnulli ſacrarum literarum loci. Mons *Tſion*, cujus clivus erat Morja, ſedes templi, appellatur *mons celſitatis Iſraëlis* מרום ישראל Ezech. XVII. 23. & abſolute Jerem. XXXI. 12. מרום צוין *celſitas Tſionis*. Ejusdem *montis* (cujus attributa quoque ad Moriam transferuntur) ſunt *arces petrarum* מצדות צלעים & templum ipſum ſpeciem præbuit *arcis*. Utrumque TACITUS in deſcribenda Hieroſolyma hiſt. lib. V. c. 12. obſervat: *extrema rupis abrupta*. Reſpicit Tſionem: inox

ab HAVERCAMPIO editorum. Quanto rectius JOSEPHUS lib. III. de bello Judaico cap. 4. communiter jactatum dictum de *urbe ſancta*, quod esſet *umbilicus terræ*, de *terra Judææ* tantum, non de *toto orbe* habitabili accipit. Etenim הארץ item תבל, ἡ γῆ, ἡ οἰκουμένη, ὁ κόσμος paſſim in S. literis Palæſtina eſt. Vide LACKEMACHERUM P. II. obſervation. philol. p. 70.

** Sic *ἄνδρας κατ' ἐξοχὴν ὄντας τῆς πόλεως*, Actor. XXV. 23. viros præcipuæ dignitatis ex *urbe Roma* intelligit JAC. PERIZONIUS in diſſertat. de vocis Prætorii uſu §. 19. ſi quidem in Gloſſ. *Philox.* πόλις, μόνη Ρώμη, urbs.

mox de templo: *templum in modum* arcis, *propriique muri labore & opere ante alios. Ipſæ porticus, quîs templum ambiebatur, egregium* propugnaculum. Confer JO. SPENCERUM lib. III. diſſert. 6. cap. 2. ſect. 2. p. 1212. & quæ ad illuſtrationem verborum Pſalmi XXVII. 5. obſervavimus Tomo noſtro II. der Erörterung der dunckelſten Schriſſtſtellen des A. Teſt. p. 510. Inter alia nobis nunc in animum revocantur verba Pſalmi XLVIII. initio verſus 3. occurrentia, præſertim ſi audiamus JO. LUNDIUM in den Jüdiſchen Heiligthümern lib. II. c. 2. p. 246. *Von dem Berge Sion ſagt David, daß er ſey wie ein ſchön Zweiglein, nehmlich die Stadt lag um dieſen Berg und Tempel wie eine Schaubühne herüm. Denn gegen Süden, Weſten und Norden breitete ſich die Stadt über alle Maſſen ſchön weit und breit üm den Tempel her, und konte man vom Tempel herab die Stadt überall mit groſſer Luſt und Vergnügung ſehen, weil der Tempel ſo hoch lag.* *

Περί-

* Cum enim montium latera vel hæc vel illa ob jucunditatem proſpectus aut fertilitatem ſoli celebrentur, *Sionis* (nam de *Acra* monte non tam alto, nec tunc adeo habitato ſilet) latus boreale præcipue erat יפה נוף *pulcrum conſpectu* (ſive *elatione* qua ſe effert, uti ex Arabico verti poteſt) quia illud obverſum monti Acræ quaſi in Amphitheatri ſpeciem urbis ſitum oſtendebat. Latus enim auſtrale valle profunda atque inacceſſa cingebatur: Βαθείαις

Περίβολος λίθινος.] RUFFINUS videtur legiſſe περίβολος λίθινος τετράςοος, obſervante SCALIGERO in notis ad fragmenta Veterum p. 24.*

Ἔχων διπλᾶς πύλας.] Forte HECATÆUS

binas

Φάραγξιν ἔξωθεν οἱ δύο λόφοι περιειχοντο, teſte JOSEPHO. Confer RELANDUM in Palæſtina p. 846.

* Περίβολος notat *ambitum* & *ſeptum* alicujus ædificii, & maxime *templi*. Sic apud SPONIUM Itiner. Tom. II. p. 486. P. Licinius Priſcus exſtruxiſſe dicitur τοὺς τῶν πατρίων θεῶν βωμοὺς σὺν τῷ περιβόλῳ καὶ προνάῳ. Et dein: Καὶ τοῦ Ηλίου τὸν ναὸν, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ ἄγαλμα, καὶ τὸν περίβολον, τὸν δέ περίβολον τῆς ἱερᾶς Νάπης, καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ ναοὺς Δημήτρας καὶ Κόρης, καὶ Διονύσου, καὶ Ἀρτέμιδος. Adde præter CEBETIS tabulam non longe ab initio JAC. PERIZONIUM in notis ad ÆLIANI lib. XII. c. 35. p. 724. CL. SALMASIUM in notis ad conſecr. temp. in Ag. Her. p. 103. Lucem inde accipiunt verba 2. Maccab. VI. 4. ubi ἱεροὶ περίβολοι commemorantur, de quo loco vide etiam JO. SPENCERUM in diſſertatione in Actor. XV. 20. cap. 4. p. 743. lib. II. de legib. Hebræor. ritualibus. Cum vero vocabulum περίβολος ſit ſatis amplæ notionis, recte addit HECATÆUS noſter eundem περίβολον templi Hieroſolymitani fuiſſe λίθινον, ut oſtenderet templum Judæis etiam pro magno munimento fuiſſe. Fidem autem petant HECATÆI verba ex DIONE CASSIO, qui Hiſt. Rom. lib. 37. ita quoque de templo Hieroſolymitano loquitur: αὐτὸ δὲ τὸ ἱερὸν ἐπὶ μετεώρου ἦν καὶ περιβόλῳ ἰδίῳ ὀχύρωτο, *ipſum autem templum ſitum erat loco edito; muro proprio munitum.*

binas portas, alteram *exitus*, alteram *introitus* reſpicit, præcipue cum *Judæi templum adeuntes cœli plagas* obſervarint. Hoc aperte teſtatur BAPTISTA BELLUS in Diatrib. de templo Augur. c. 9. his verbis uſus: *Judæi & vera olim religione nobiles & ſuperſtitionibus anilibus infames venerationis templo ſuo concilianda cauſa ſanxerunt, ut qui ſubirent oraturi, primo ipſo ab introitu circumflecterent ad dextram greſſus & ea via egrederentur, quæ ad ſiniſtram erat, hoc eſt ad meridiem.* Quibus auctoribus innixus hæc dixerit BELLUS, ſe neſcire fatetur JO. SPENCERUS lib. III. diſſert. 6. c. 2. ſect. 4. p. 1227. colligit tamen ex verbis Ezechielis XLVI. 9. non paucos inter Judæos hunc morem tenuisſe. Confer quæ hanc in rem ad illuſtrationem Zephaniæ I. 9. & dictum Ezechielis locum ex JO. LUNDIO, J. TARNOVIO aliisque obſervavimus Tomo noſtro I. der Erörterung der dunckelſten Schrifftſtellen des Alten Teſtam. p. 138. & 875. Interim adjiciemus verba JO. MARSHAMI in Can. Chron. ſec. XIV. p. 363. *templi Hieroſolymitani, ut & tabernaculi fœderis Num. III. 38. templique Ezechielis* (Ezech. VIII. 16. XI. 1.) *introitus erat ab Oriente: in occidentali parte nulla porta.* De *portis templi* vide Cod. Middot, VILLALPANDUM aliosque, quos laudat JO. HENR. HOTTINGERUS in notis ad Cippos Hebraicos p. 20.

Ἐν ῷ βωμός.] Quandoquidem vox βωμὸς a *voce Hebraica* deſcendit, alteram ex altera expo-

 nere

nere & illuſtrare licebit. Nimirum vox במה cum *generatim* ſignificet *excelſum* & *elatum quid*, *peculiari* quodam *ſenſu* uſurpatur pro *omni re celſa*, in qua *ſacra fiunt* cuicunque numini, atque adeo proprie ac vere notat *aram in ſublime exſtructam*, quæ non niſi *per gradus conſcendi* poterat: quæ ſignificatio vocis fere ubique obtinet, ubi de *celſis*, in quibus *ſacrificia* faciebant Iſraëlitæ, mentio: *Aræ* inquam intelliguntur *in ſublime exſtructæ & per gradus conſcendendæ*. Sic eſt in hiſtoria Achazi 2 Chronic. XXVIII. 25. *& in omni urbe Judæ fecit* במות *ad adolendum Diis aliis*. *Aras* ſcilicet non *colles*, cum non omnes urbes ſitæ eſſent in collibus. Inde ejusmodi במות *excelſa* poterant etiam eſſe in *vallibus*, ut patet ex his Jeremiæ XXXII. 35. in ἐλέγξει criminum populi Dei: *& ædificarunt* במות הבעל *celſa Baalis* (aras) *quæ erant* in valle *filii Hinnom*. Eſt autem extra dubium poſitum veteres ſtruxiſſe *aras* Diis ſuis perinde *altas* ac *latas amplas*que, & fere ſupra fidem. Res enim videtur paradoxa, Syracuſis ab Hierone rege ſtructam fuiſſe *aram per ſtadii longitudinem excurrentem*, τὸ δ' ὕψος καὶ πλάτος ἔχουσαν τοῦτο κατὰ λόγον *latitudinis autem & altitudinis huic* (longitudini) *congruentis*: & ſic tamen tradit DIODORUS Biblioth. lib. XVI. p. 553. qui idem lib. XVII. p. 612. Alexandrum in termino expeditionum ſuarum extremo *duodecim* ſcribit ſtruxiſſe *aras* πεντήκοντα πηχῶν *cubitorum quinquaginta*, quod quomodocunque ſumas, magnam

gnam earum inferre debet celſitatem. Græcam etiam vocem βωμὸς proprie ſignificare *aram celſam & ſublimem*, quæ *gradibus* conſcendatur, inde facile patet, quod ipſa hæc vox βωμὸς ferat ſignificationem *gradus & adſcenſus*, βαθμȣ̃, ἀναβαθμȣ̃, βάσεως. HESYCHIUS : βωμοῖς βαθμοῖς. Mox βωμοῖσι βάσεσι. Vide CAMPEG. VITRINGAM Tomo I. Comment. in Eſaiam p. 492. & JO. SPENCERUM lib. II. c. 7. Atque ideo ab altitudine ſpectabili ara, in qua victimæ cremabantur, paſſim Exodi XXX. 28. XXXI. 9. dicitur מזבח העולה *altare adſcenſionis*, ὑψώσεως. Vide VITRINGAM mox laudandum & HEINIUM obſervat. Sacr. lib. I. c. 4. p. 44. Patet utique evidenter ſatis, *ſacrificia* cum *Chriſto cruci affixo* id habuiſſe commune, quod *in altum elevata ſint*. Vide VITRINGAM lib. II. Obſervat. Sacr. c. 13. p. 461.

Ἐςὶ τετράγωνος.] Apud Paganos *aræ* modo *rotundæ*, modo *quadratæ*, erant, uti nos docet CLAUD. FRANC. MENESTRIER dans l'Hiſtoire Civile ou Conſulaire de la ville de Lyon p. 68. en ejus verba: *Quoyque les premiers Autels ne fuiſſent que terre ou de ſimples gazons, ceux que l'on voulut, qui fuſſent fixes & de durée, ſe faiſoient ordinairement de pierre & d'un forme ronde ou quarrée pour marquer la rondeur du Ciel & de la terre, ou leur quatre points cardinaux: car il y eut toujours du myſtere dans toutes les ceremonies de quelque religion que ce fut.* Sola autem *ara quadrata* Deo placuit: idque cauſæ ſatis eſt

cur

cur *aram exteriorem* HECATÆUS dixerit fuiſſe τετράγωνον.

ἐκ ἐκ τμητῶν.] Deuteron. *XXVII.* 5. Joſuæ *VIII.* 31. JOSEPHUS κατεσκεύασε δ᾽ ἄνευ σιδήρε, ᾗ ἐδέποτε ἔψαυσεν αὐτε σίδηρος. Vide 1. Maccab. IV. 45. 46. 47. Nam altare hoc deſcriptum ab HECATÆO dirutum fuit a Juda Maccabæo. Hæc ad præſentem HECATÆI locum obſervat SCALIGER p. 24. Sed eundem HECATÆI locum paulo luculentius exponit JO. SPENCERUS lib. II. c. 6. p. 417. ut, ſi quid ſuperaddere velimus, actum, quod ajunt, agere videamur. Nimirum cum altare ab HECATÆO deſcriptum, utpote pollutum a Juda Maccabæo dirutum eſſet, ἔλαβον λίθες ὁλοκλήρες κατὰ τὸν νόμον, *acceperunt lapides integros juxta legem, & ſtruxerunt altare novum, ſecundum prius. Altaris* hujuſce *formam* Herodis altare reddidit; teſtem hic appello PHILONEM, qui altare prope veſtibulum templi ſitum, ἐκ λίθων λογάδων ἀτμήτων, *e ſaxis collectitiis impolitis* exſtructum aſſerit libro περὶ θυόντων. Utcunque hæc perſpicua & plane ἀναντίῤῥητα teſtimonia PETRUS CUNÆUS de Republ. Hebr. lib. *II.* c. 5. in minimis ponit: etenim de PHILONE loquens obſervat, eundem cum auctore librorum Maccabæorum graviter falli. Quod ſi tantæ fiduciæ cauſam quæris, ex ipſis intellige CUNÆI verbis: *Ara lignea ut ſit, atque ære obducatur, numinis placitum eſt in Exodi cap. XXVII. quod & Moſes exequitur mox in capite XXXVIII, & diu poſt maximus Rex Salomo,* cum

cum templum conderet, non neglexit 1. Regum VIII. 64. Quod itaque de ara e ceſpite aut ſaxis faciunda edicitur in Exodi XX. id ad ea tempora pertinet, cum populus ſacer in deſerto circumerraret. * Miratur autem SPENCERUS, virum tam doctum & acutum exiſtimaſſe, tam clari nominis auctores ratione tam debili falſi convinci potuiſſe, cum præſertim eorum dictis varia JOSEPHI teſtimonia a SCALIGERO in notis ad fragmenta veterum p. 24. collecta novam fidem afferant. Secundum SPENCERUM aræ ſummitas ære, latera ligno tecta ſunt, intus autem lapides impoliti ponebantur. Hoc & poſtea CUNÆUS fateri debuit dicens: *ſcio ego qua tempeſtate templum ſecundum ſtetit, aram ſub dio poſitam, e lapidibus factam fuiſſe.* Atque hæc de ſenſu legis præfanda erant, jam vero illius ratio inveſtiganda erit. Certum eſt, idololatras veteres *altaria* ſolennia de *metallis* & *politis marmoribus* exſtruxiſſe. Inde cauſa data Poëtæ verbis: *marmoreas ſtant fulva canum ſimulacra per aras*, inde *artificium manuum* in aris Paga-

* Leges Moſaicæ de *aris* Exodi XX. 24. 25. ab interpretibus paſſim non ſatis feliciter acceptæ, omnino exponendæ ſunt de *aris* his illis in *caſibus tumultuario exſtruendis*, quod CUNÆUS vere docuit, & plane non pertinent ad *ſtatas aras* Sanctuarii, licet Judæi ipſi quoque hic in errore fuerint. Hactenus VITRINGA Tom. II. Comm. in Eſaiam p. 893. Confer eundem lib. II. Obſervat. Sacrar. c. 13. §. 10. p. 461. & adde JO. MICH. DILHERRUM Tom. II. diſput. Academicar. p. 197.

Paganorum excellebat * inde Ahazus, cum a Dei cultu deficeret, 2. Reg. *XVI.* 10. aram ad altaris Damaſceni modulum non ſine inſigni *emblematum uſu* ** exſtruxiſſe legimus. Quæ cum ita ſint: lapides impoliti puritate quadam nativa donati & altaris ſanctitati maxime conſentanei videbantur; lapides autem multo opere cæſi & elaborati, humanum quiddam ſapiebant a fabricæ

* DIODORUS SICULUS Bibl. Hiſt. lib. I. p. 45. regis Oſymanduæ monumentum deſcribens, hæc inter alia literis conſignavit: κατὰ δὲ μέσον τὸν περίστυλον, ὑπαίθριον βωμὸν κατεσκευάσθαι, τοῦ καλλίστου λίθου, τῇ τε χειρουργίᾳ διάφορον, καὶ τῷ μεγέθει θαυμαστόν, *in medio periſtylio ara ſub dio ex lapide pulcherrimo conſtructa erat, artificis manuum excellens & magnitudine admiranda.*

** Vide omnino de hoc altari Tomum noſtrum ſecundum der Erörterung der dunckelſten Schriftſtellen des Alt. Teſtaments p. 949. ſeq. Neque enim negandum erit aras penade ac templa & alia religionis inſtrumenta *hieroglyphis quibusdam* ſubinde inſignitas eſſe, ut varia & infinita fere ſuperſtitio fuit Orientalium, an vero huc referendus quoque ſit אבן משכית cujus memoria exſtat Levit. XXVI. 1. Num. XXXIII. 52. diſquirant alii. GROTIUS intelligit *lapides figuris quibusdam inciſos*, cui ſubſcribit J. C. WICHMANNSHAUSEN in diſſertatione de ſtatua Rachelis ſepulcrali §. 3. Mavult NIC. GURTLERUS in addendis ad Origines mundi p. 911. *pictos lapides* innui. Vide de hac tota controverſia VITRINGAM Tom. II. Comment. in Eſaiam p. 893. & Tomum noſtrum II. der Erörterung der dunckelſten Schrifftſtellen des Alten Teſtam. p. 305.

bricæ tam ſacræ & divinæ religione prorſus alienum. Hanc rationem eo firmiorem habemus, quod Exodi XX. 24. præcipit Deus, ut altare ſuum terra pura & ab aratro intacta, hic autem ut lapide rudi & a ferro ſtrueretur intacto. Alias aliorum rationes afferre nolumus * placent illa verba RELANDI in Antiquitatibus S. veterum Hebræorum delineatis P. *I.* cap. *IX.* §. 8. p. 95. *altare exterius collocatum in atrio, conſtructum erat ex lapidibus impolitis*, Exodi *XX.* 25. 1. Macc. *IV.* 44. *qui quotannis bis dealbabantur.*

ὐκ ἐκ τμητῶν, ἀλλ' ἐκ συλλέκτων ἀργῶν λίθων.] Paulo diverſius apud EUSEBIUM: ἐν ᾧ βωμός ἐστι τετράγωνος ἀτμήτων συλλέκτων ἀργῶν λίθων οὕτω συγκείμενος JOSEPHUS lib. *XII.* Καθελὼν δὲ καὶ τὸ θυσιαστήριον καινὸν ἐκ λίθων συμμίκτων ᾠκοδόμησεν, οὐ λελατομημένων ἐκ σιδήρου. lib. *IV.* c. 8. ἐκ λίθων μὴ κατεργασμένων, ἀλλὰ λογάδην συγκειμένων. Hæc obſervat SCALIGER ad præſentem HECATÆI locum in notis ad Veterum fragmenta p. 24. & laudatur a SPENCERO l. c. Eundum locum HECATÆI quip-

* COCCEJII & ALTINGII rationes myſticas affert laudatque JO. van der WAEYEN in diſſertatione, qua JO. SPENCERI diſſertationem de hirco Azazel excitit §. 365. p. 407. Alias aliorum conjecturas vide apud ANDR. MASIUM ad Joſuæ VIII. 30. 31. CONSTANT. L'EMPEREUR in notis ad Middoth c. 3. ſect. 4. & LUNDIUM in den Jüdiſchen Heiligthümern lib. II. c. 16. p. 317.

quippe ſcriptoris hac in re fide digniſſimi commendat EDUARDUS BERNARDUS in notis ad JOSEPHI Antiquitat. lib. *IV.* c. 8. p. 229. & EZECH. SPANHEMIUS in Chronologicis JOSEPHI.

Πλευρὰν μὲν ἑκάστην εἴκοσι πηχῶν.] At tempore JOSEPHI longe amplior: *πρὸ αὐτοῦ δὲ βωμὸς πέντε καὶ δέκα μεν ὕψος ἦν πήχεων, εὖρος δὲ καὶ μῆκος ἐκείνῳ ἴσον ἀνὰ πεντήκοντα πήχεων*, uti obſervat SCALIGER l. c. ad hæc HECATÆI verba. Exſtant autem verba JOSEPHI modo a SCALIGERO adducta de bello Judaico lib. V. c. 5. §. 6. atque ita vertuntur: *ara vero pro templo XV. cubitos alta erat, longa vero pariterque lata ad L. cubitos.* Confer de magnitudine & altitudine hujus altaris RELANDUM P. *I.* c. 9. §. 8. p. 95. & qui deſcripſerunt idem altare ſingularibus diſſertationibus THEODORUM DASSOVIUM & JO. FRID. CRAMERUM. In eandem rem ſubjungendi quoque erunt HUMFR. PRIDEAUX dans l'Hiſtoire des Juifs Tom. I. p. 254. JO. PHIL. HEINIUS lib. *I.* Obſervat. Sacr. c. 4. JO. GODOFR. LAKEMACHERUS P. *III.* Obſervation. Philologicar. Obſervat. I. de ſalicum ramis, tabernaculorum feſto juxta altare holocauſtorum ſtatutis ad Pſ. *CXVIII.* 27. p. 206. Cum vero opus ſit, ut *menſuram cubitorum* recte intelligamus, aliqua ejus rei notitia, monemus Aegyptiis, Hebræis, Babyloniis, Romanis & Græcis ſuos fuiſſe cubitos. Exſtat adhuc in urbe *Cairo* ab eo loco, in quo

priſca

priſca Memphis fuit, non remota, *Nilometrion*, in cubitos diviſum, unde incrementa cognoſcuntur Nili, quorum cubitorum menſuram tradidit JO. GRAVIUS in libro de pede Romano. *Aegyptiacus cubitus* fuit ſex palmorum, ut & *Hebraicus*. Vide R. CUMBERLANDI libellum Anglicum hac de re: ubi primum quærit, quantus fuerit cubitus Aegyptiacus, deinde Hebraicum eundem fuiſſe oſtendit. *Babyloniorum* cubitus quinque palmorum, Græcorum etiam Romanorumque cubiti Aegyptiacis breviores, uti liquet ex tabula JO. GRAVII, ubi menſuras Orientalium cum pede Romano & Anglicano confert. Sunt quidem inter eruditos variæ circa *magnitudinem cubiti Hebraici & Orientalis* ſententiæ, ſingulæ Judæorum aut Arabum ſcriptorum auctoritate nixæ. Sed eæ videntur ex ambiguitate vocis אמה natæ, quæ cum cubitum proprie ſignificat, apud Arabas tamen cujusvis menſuræ, quinque, ſex, octo palmorum nomen eſt. At vero *cubitus Sanctuarii Hebraicus*, qui *veriſſimus* a vulgato interprete in Ezech. *XLIII.* 13. dicitur, conſtitit duntaxat ſex palmis, prout omnes fatentur. Atque hæc eſt menſura intelligenda, ubicunque in V. T. vox אמה ſola legitur, nec ulla narrationis circumſtantia aliud ſuadet. Sunt autem tria duntaxat loca, in quibus quod additur, oſtendit non eſſe ordinario ſenſu intelligendam vocem אמה. Primus eſt Deut. *III.* 11. *Cubitus Hebraicus* palmo uno *Babylonicum* ſuperavit, unde factum, ut duo alia loca, ubi *cubitus* occurrit

H de

de *Babylonico* intelligendus, additione *palmi* ad cubitum, eum exprimant hoc pacto: *cubitus & palmus* Ezech. *XLIII.* 13. & *XL.* 5. Quamvis autem Babyloniis & Hebræis de magnitudine cubiti non conveniret, de magnitudine palmi conſentiebant, quod de Orientalibus omnibus affirmat ABULFEDA. Alioqui vix intelligi potuiſſet Propheta. Atque hinc *cubitum Hebraicum* eundem fuiſſe cum *Aegyptio*, cum uterque Babylonicum palmo excederet, liquet. Vide omnino JO. CLERICUM in notis ad Geneſ. VI. 15.

Καὶ παρ' αὐτόν.] Quemadmodum hæc *ara ante templum* erat apud Judæos, ita etiam apud paganos: unde βωμὸς προνάος dixit ÆSHYLUS ſuppl. v. 502.

Οἴκημα μέγα.] Cum Zorobabelis templi fundamenta ponerentur, ſenes in fletum proruperunt, quod multum abeſſet a templi prioris amplitudine. Quanquam & illud ædificium oppido magnificum fuiſſe, ex DIONE CASSIO lib. 37. conſtet, qui Pompeji geſta referens, templi illius a Pompejo expugnati mentionem facit, & illud appellat ναὸν τὸ μέγιστον καὶ περικαλλέστατον, *templum maximum pulcherrimumque.* Conſentit ſcriptor Apocryphus 2. Maccab. XIV. 13. 41. qui illud τοῦ μεγίστου ἱεροῦ titulo decoravit. Secundum JOSEPHUM lib. XX. 2. Antiq. τὸ πᾶσιν ἀνθρώποις περὶ βόητον ἱερὸν τοῦ Θεοῦ. Atque inde eſt, quod non ſolum vocabulum מקדש Dei ſupremi regis & *palatium* & *ſanctuarium* denotet, vide JO. SPENCERUM in diſſertatione de

Theo-

Theocratia Judaica cap. V. ſect. 2. ſed & alia vocabula היכל, ארמון, בירה, eandem duplicem notionem *palatii* & *ſanctuarii* ſuſtineant. Vide Eſaiæ *XXXII.* 14. Jerem. *XXX.* 18. 1. Chronic. *XXIX.* 1. & confer VITRINGAM Tom. *II.* Comm. in Eſaiam p. 219.

οὐ βωμός ἐςι.] Quemadmodum *templum* Dei quaſi *regia domus* erat, ita & *ſuppellectile* & *vaſis regiæ domui conſentaneis* inſtrui atque ornari debuit. ABARBANEL ad Exodi *XXV.* 8. in hunc modum diſſerit: *in tabernaculo fuere menſa & candelabrum, & ara ſuffitus tanquam res ad miniſterium Regis mundi aptæ. Non quod illi (cui laus omnis) harum ulla re opus eſſet, abſit ut ita ſentiamus, ſed ut populi animo penitus inſideret, in mediis Iſraëlis caſtris verſatum eſſe Dominum Deum ipſius.* Vide plura hanc in rem apud SPENCERUM l. c. HERM. WITSIUM Tom. *I.* Miſcellan. Sacr. lib. *II.* diſſert. *I.* de tabernaculi Levitici myſteriis §. 23. p. 40. & in Oratione Panegyrica de Theocratia Iſraëlitarum. Inter *ſupellectilem regiam Dei* in *templo* ſtatim HECATÆUS commemorat aram ſuffitus, de qua audiatur MAIMONIDES in tr. בית הבחירה c. 3. *ara ſuffitus quadrata erat ſcilicet longa & lata unum cubitum. In templo inter ſeptentrionem & meridiem ita collocabatur, ut præ lychnucho & menſa foras prodiret. Tria hæc vaſa poſita erant intra tertiam templi partem verſus velum, quod ſanctum a ſanctiſſimo diſtinguit.* Confer JO. HENR. HOTTINGERI

 diſſer-

diſſertationem de tabernaculo, ejus atrio & va-
ſis §. 35. HERMAN. WITSIUM in laudata
diſſertatione de tabernaculi Levitici myſteriis
§. 46. p. 421. JAC. SAURINUM Tom. *II.* diſ-
cours Hiſtoriques, Critiques, Theologiques &
Moraux ſur les Evenemens les plus memorables
du vieux & du Nouveau Teſtament p. 249. Il-
lud autem *altare ſuffitus* male nonnulli in *San-
cto Sanctorum* collocatum voluerunt * quia ſcili-
cet 1. Reg. VI. 22. המזבח אשר לדביר appella-
tur, & quia θυμιατήριον χρυσȣ̃ν in Epiſt. ad
Hebr. *IX.* 4. in Sancto Sanctorum fuiſſe dicitur:
nam aliud eſt בדביר in adyto & aliud לדביר quod
juxta adytum vel proxime adyto verti debet, ante
illud לפניה פרכש ante velum diſtinguens San-
ctum a Sancto Sanctorum, uti dicitur Exodi
XXX. 6. vel לפני ארון העדות ante arcam fœde-
ris

* Ita ſenſerunt AUGUSTINUS & ORIGENES, quos ſecutus eſt OECUMENIUS aliique in antiquitate non pauci, ex quibus AMBROSIUM, CHRYSOSTOMUM & THEOPHYLACTUM in præſens allegabo, qui *altare ſuffitus* in *Sancto Sanctorum* collocantes alium inde derivarunt errorem, Zachariam Joannis Baptiſtæ patrem Lucæ I. 9. fuiſſe ſummum Pontificem. Quin & ipſe ARIAS MONTANUS, quod mireris altare thymiamatis dictum intra adytum ante ipſam arcam collocatum fuiſſe affirmavit. Quos errores cum CAR. SIGONIUS aliqua ex parte repeteret, PETRUS CUNÆUS eum acriter caſtigavit de Rep. Hebræor. lib. II. c. 4. Confer SAL. DEYLINGIUM P. II. Obſervat. Sacr. p. 424. JAC. SAURINUM Tom. II. diſcours Hiſtoriques, Critiques, Theologiques & Moraux ſur les Evenemens les plus memorables p. 249.

ris Exodi XL. 5. in medio ſcilicet Sancti e regione arcæ, quæ in Medio Sancti Sanctorum erat, collocatum fuiſſe altare, cum menſa & lychnuchus non eſſent e regione arcæ, ſed ad latus utrumque tabernaculi. Idem ex eo etiam intelligitur, quod in ſolenni expiationis feſto ab hac ara thymiamatum ſummus ſacerdos ſumſit thuribulum impletis carbonibus, illudque intulit in adytum Levit. XVI. 12. quod item exinde egreſſus ſit v. 18. ad aram incenſi ad eam ſanguine expiandam. Præterea certum eſt, vulgares etiam ſacerdotes in *altari thymiamatis* incenſa *quotidie* adoleviſſe, quod fieri haudquaquam potuiſſet, ſi illud intra velum in ipſo penetrali fuiſſet collocatum. Nemo illud loci arcanum adibit ſecundum MAIMONIDEM in Halacha Beth Habbechira cap. 7. *niſi Pontifex die expiationum, ipſa ſacrificii hora*, quod in Epiſt. ad Hebr. IX. 7. eſt ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ & apud Moſen אחת בשנה ſemel, vel uno duntaxat die in anno. Levit. *XVI.* 2. 3. 4. Exodi *XXX.* 10. Certum igitur exploratumque eſt, *altare ſuffitus* non ipſo adyto intra velum, ſed in ſanctuario juxta velum, collocatum fuiſſe. Vide SAURINUM l. c. RELANDUM in Antiquitatib. Sacris veterum Hebræor. delineatis P. *I. c.* 5. §. 10. p. 34. & in libro ſingulari de ſpoliis templi Hieroſolymitani in arcu Titiano Romæ conſpicuis c. *XI.* p. 120. SAL. DEYLINGIUM P. II. obſervat. Sacrar. p. 425. JO. GEORGIUM MICHAELIS in ſingulari exercitatione de thuribulo adyti ad Ebr. IX. 4. (quæ inſerta

 legi-

legitur Parti *I.* Voluminis *II.* Muſei Hiſtorico-Philologico-Theologici) & JO. JUSTUM SONNESCHMID itidem in ſingulari diſſertatione de thymiaterio ſanctiſſimi occaſione Ebr. IX. 4. *Θυμιατήριον* igitur aureum, quod in ſancto ſanctorum fuiſſe legitur Hebr. *IX.* 4. non *altare aureum ſuffitus* fuit, ſed *acerra thuris*, quæ quotannis in Sancto Sanctorum ſolenni die expiationis inferebatur, & reſpectu uſus vas huic loco proprium dici poteſt, videtur debere intelligi, cum & JOSEPHUS lib. *I.* c. 5. de Bello Jud. *θυμιατήρια ὁλόχρυσα* iſtiusmodi memoret, & POLLUX lib. I. 28. X. 28. HESYCHIUS aliique *acerras* vocent *θυμιατήρια.* Quidni autem Paulus omittere potuit mentionem altaris aurei, etiamſi id in Sancto fuerit, qui ſe negat de ſingulis agere velle, qui Moſis veſtigia legiſſe dici poteſt * qui de

* JAC. ALTINGIUS in Comment. ad h. l. Tom. IV. Oper. p. 248. provocat ad Hebr. VIII. 5. ubi Paulus dicit, tabernaculum umbratile ſacerdotum Aaronicorum debuiſſe conſtrui *κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα ἐν τῷ ὄρει, juxta typum Moſi monſtratum in monte.* Apoſtolus igitur dum tabernaculi deſcriptionem perſequitur, attendit ad hiſtoriam typi Moſi exhibiti Exodi XXV. 26. ubi nulla mentio facta eſt *altaris ſuffitus*, de quo demum loquitur Deus XXX. 1. poſt deſcriptionem altaris holocauſti & cortinarum, aliarumque rerum. Cum igitur Deus ipſe in ordinanda tabernaculi diviſione non aliorum meminerit inſtrumentorum quam menſæ cum panibus & candelabri, quid mirum ſi Apoſtolus ad hanc deſcriptionem in monte factam oculos intendens, *altare ſuffitus* non commemoravit? Confer DEYLINGIUM l. c. p. 424.

de menſæ quidem & lychnuchi fabrica agit, ſed de altari nonniſi magno poſtea intervallo? JOSEPHUM ipſum addo, qui cum Pompejum in Sanctum introducit lib. I. de bello c. 5. vidiſſe eum narrat lychnuchum, menſam & vaſa libatoria, ac acerras, nulla facta *altaris aurei* mentione; uti nec illud a Tito ex Sancto elatum eſt, conſpiciendum ceteroquin una cum menſa & lychnucho in ejusdem arcu triumphali. Erat tamen illic altare tempore Pompeji, quod haud ita ante Judas ipſe novum fabricaverat, teſte JOSEPHO; & ipſe templum deſcribens a Tito obſeſſum, memorat præter menſam & lychnuchum in Sancto altare fuiſſe.

Καὶ λυχνίον,] Aliis eſt λυχνία. Nam ita ſemper in Bibliis Græcis & ab JOSEPHO vocatur. Hanc autem λυχνίαν & menſam auream abſtulit Antiochus cum alia aurea ſacrorum ſuppellectile, ut priore Maccab. ἔλαβε τὸ θυσιαστήριον τὸ χρυσοῦν, καὶ τὴν λυχνίαν τοῦ φωτὸς, καὶ πάντα τὰ σκεύη αὐτῆς. Haſmonæi autem rerum potiti novam menſam & candelabrum eodem auri pondere confecerunt: ſed florentibus Judæorum rebus ſub ultimis regibus majus adhuc candelabrum, majorque menſa aurea confecta eſt, reliqua autem ab Haſmonæis facta in templi theſauris reſervata ſunt. Cum autem templum ſub Tito conflagraſſet, duo candelabra, quæ in theſauris aſſervata erant, Tito reſtituta ſunt, quæ ipſe duxit in Triumphum, eorumque inſtar in arcu Titi exſculptum. JOSEPHUS lib. ἁλωσ. VI. cap. μα. ait

ait reſtituta Tito λυχνίας δύο κατὰ τὸν ναὸν κειμένας παραπλησίας &c. Hactenus SCALIGER ad hunc præſentem HECATÆI locum diſſerit in notis ad veterum fragmenta p. 24. nos addemus adhuc, quæ deeſſe videntur. De *lychnucho ſacro templi Hieroſolymitani* HECATÆUS noſter utique intelligendus eſt: nam Onias in templo ſuo, quod in Aegypto poſtea exſtruxerat, candelabrum non fecit, ſed aliquid ſimile ei ſubſtituit λύχνον χρυσοῦν *aureum lychnum*, quem auri ſplendore corruſcantem, quaſi arderet, de catena aurea ſuſpendit. Cur vero Onias iſte non auſus ſit lychnuchum ſacro ſimilem facere, diſquirit RELANDUS in libro de ſpoliis templi Hieroſolymitani p. 16. nos illa mittimus & *in lychnucho ſacro templi Hieroſolymitani* oculos defigimus. Nimirum *lychnuchus* dictus מנורה totus erat aureus, conſtans baſi (ירך) & ſcapo, qui & ipſe מנורה dicitur Exodi XXV. 34. e cujus lateribus hinc & inde tres rami ſurgebant, ſic, ut illi cum ſcapo *ſeptem lychnos* inſtructos ellychniis extrorſum vergentibus, quia jubentur lucere על בניה Exodi XXV. 37. ſuſtinerent. Omnes itaque *rami ad æqualem altitudinem* adſurgebant, non uti quidam pingunt apud RELANDUM in notis ad JOSEPHI lib. VII. c. 5. de Bello Jud. p. 415. Tom. II. Oper. *Joſephi.* Sic quoque in arcu Titi conſpicitur, ut æqualis ſit ramorum altitudo; interim tamen *inæquales rami* apparent in forma lychnuchi in lucerna ſepulcrali, quam in tabella æri inciſam ex BELLORIO exhibet RELANDUS in libro de

ſpoliis

ſpoliis templi Hieroſolymitani p. 42. Medius lychnus horum ſeptem, ad quem ellychnia omnium aliorum erant converſa, occidentalis vel veſpertinus נר מערבי appellatur, & uti ſcapus, cui inſidebat, reliquis ramis erat ornatior, ita & ipſe ellychnium habuiſſe dicitur converſum ad Sanctum Sanctorum, quamvis alii putent, non propterea מערבי dictum, ſed quod ab una veſpera ad alteram luceret ſemper, licet alii exſtinguerentur. De ſitu lychnuchi in Sancto diſputatur: quidam volunt, ramos ejus ab oriente ad occidentem protenſos fuiſſe, quod omnia vaſa ædis ſacræ juxta longitudinem domus collocata fuiſſe in Gem. Menachot fol. 98. 1. tradatur, excepta area: alii inter Auſtrum & Septentrionem, ut ita aptius concipi queat, *medium lychnum occidentalem fuiſſe* appellatum. Nolumus plura addere, quæ videri poſſunt apud RELANDUM in Antiquitatibus S. veterum Hebr. delineatis P. *I.* cap. 5. §. 7. ſeq. & in ejuſdem libro ſingulari de ſpoliis templi Hieroſolymitani in arcu Titiano Romæ conſpicuis cap. II - VI. * in GEORGII STELLMANNI

* Ibi ad pag. 35. binas formas lychnuchi æri incidendas curavit, alteram ex באורי מהרן alteram ex ספר יוסף דעת. Extat etiam ectypon *lychnuchi ſacri* apud JACOBUM GUSSETIUM in Commentariis Linguæ Hebraicæ 572. nam quia Exodi XXV. 37. legimus: *& facies ejus lampadas ſeptem & accendet* (ille, cujus id officium eſt) *lampades ipſius* והאיר אל־עבר פניה *& faciet eas lucem emittere*

MANNI ſingulari de candelabro aureo diſſertatione in JO. HENR. HOTTINGERI diſſertatione de tabernaculo, ejus atrio & vaſis §. 32. In FORTUNATI SCACCHI Myrothecio II. c. 45. in JAC. SAURINI Tom. II. p. 231. JO. LUNDII lib. I. der Jüdiſchen Heiligthümer c. 23. p. 115. ſeq. ARIÆ MONTANI Beſeleel ſive de tabernaculo, WITSII diſſertatione de tabernaculi Levitici myſteriis §. 38. Idemne lychnuchus quem deſcribi videmus Zachar. IV. 2. an a Moſaico diverſus fuerit, ex SCACCHO & [illegible] Analectis S. diſquirit LUNDIUS l. c. p. 120. Lucernarum in ſacris ſuis & feſtis, etiam claro die quam frequens multis gentibus uſus fuerit ex LIPSIO Elector. lib. I. c. 3. FORTUNII LICETI Opere de lucernis veterum, aliisque * diſcere licet. Earum prima ad *religionem accenſio*, utrum *Hebræis* debeatur an *Aegyptiis*, diſputatur. *Hebræis* ſuis JOSEPHUS in libris contra *Appionem* attribuit, Aegyptiis ** CLEMENS ALEXANDRINUS

ſuper latus extremum faciei candelabri, iſtiusmodi ectypon exſtare voluit maxime cum lychnis antrorſum vergentibus, non tantum benignius lux ſpectantibus ſeſe quaſi offerret, ſed etiam conſpiceretur candelabri ipſius ſubſtantia & pulcritudo.

* Quos laudavimus Tomo I. Bibliothecæ noſtræ Antiquariæ & Exegeticæ p. 968. ſeq.

** Audiamus HERODOTUM lib. II. c. 62. *Ubi in urbem Sain ſacrificatum convenerunt, noctu univerſi lucernas plurimas accendunt circum circa domos ſub dio. Lucernæ autem ſunt vaſa ſale & oleo plena, quibus ſuperſtans incumbit ipſum ellychnium, quod*

DRINUS * ſed eo ſermone, quo & alia Aegyptiis ut inventoribus adſcribuntur, quæ certum eſt ab iis inventa non eſſe, uti anni in XII. menſes diviſio, quam diluvio antiquiorem eſſe conſtat. Et profecto, ſi ea recipimus, quæ MANETHOS de *origine feſti lucernarum* apud *Aegyptios* tradit, liquidum eſt, ea quæ Moſis tempore in Aegypto geſta ſunt, occaſionem feſto dediſſe. Lubet hoc ATHANASII KIRCHERI verbis, quæ & WITSIUS lib. II. Aegyptiacor. c. 16. §. 17. p. 190. repetiit, in præſenti exponere. *Quænam vero*, inquit, *ſacra ratio, ob quam tantum feſtum inſtitutum fuerit*, MANETHON *apud* SYNCELLUM *docet*, Thyphonem *occiſo* Oſiri, *univerſam Aegyptum tenebris & denſa caligine offudiſſe: quo portento exterriti ſacerdotes Aegyptii oraculum conſuluerunt, quod reſpondit, caliginem terræ offuſam non deſtituturam, niſi* Oſirin *a* Typhone *occiſum frequenti lucernarum fulgore placarent; quod ubi factum fuit, caligine mox diſcuſſa deſiderata lux rediit, atque adeo lucernarum accen-*
ſionis

tota nocte ardet. Feſti nomen eſt λυχνοκαΐη *lucernarum accenſio. Qui ad conventum non ierint, noctem ſacrificii obſervantes, lucernas accendunt: ita lucernæ non in Sai modo, ſed etiam per totam Aegyptum accenduntur. Ritus hujus ſacra eſt ratio.* Confer JO. MARSHAMUM in Canone Chron. ſeculo IX. p. 132. LAUR. RAMIREZ de PRADO in Pentecontarcho c. 41. p. 243.

* Lib. I. Stromat. p. 306. Αἰγύπτιοι λύχνους τε καίειν πρῶτοι κατέδειξαν *Aegyptii lychnos accendere primi oſtenderunt*, in templis nimirum.

ſionis feſtum inſtitutum, *maximo in poſterum ardore celebratum fuit. Non deſunt tamen*, *qui velint accenſionis lucernarum feſtum originem ſuam traxiſſe a* decem plagis Aegypti, *quibus* Aegyptum Moſes *divina virtute percuſſit*, *inter quas* tenebræ prope palpabiles, *una fuit: quibus non diſſentio*, *præſertim cum paſſim toto hoc opere oſtenderimus*, pleraque Aegyptios ab Hebræis mutuata ſui juris feciſſe, *tametſi aliis & aliis fabulis commentisque depravata.* Hactenus KIRCHERUS, & certum eſt, cum tota illa *Typhonis* fabula ex Moſaica detorta ſit hiſtoria * illas quoque Typhonicas tenebras, quarum MANETHOS meminit, non eſſe a Moſaicis diverſas. Paulo aliter, & fortaſſe non minus appoſite JO. BAPT. CASALIUS in libro de profanis Aegyptiorum ritibus c. 25. *ſi*, inquit, *divinare liceret*, *de hoc* feſto lucernarum *ab* Aegyptiis *ultro lacrymis atque ploratu*, *dicerem in memoriam illius necis actum*, *quam Deus ad abducendo filio Iſraël*, *primogenitis* Aegyptiorum *quocunque tam hominum quam jumentorum*, *ipſe intulit: tunc enim* Pharao *rex ſub media nocte*, *totaque* Aegyptus *luctu ac lacrymis conſperſa*, *ſtratis ſurgen-*
tes,

* Patebit id ex varia *Typhonis* cum *Moſe* collatione, quam debemus SAM. BOCHARTO P. I. Hieroz. lib. II. c. 34. WITSIO lib. III. Aegyptiacor. c. 4. p. 217. HUETIO Demonſtrat. Evang. Propoſ. IV. c. 4. §. 9. Interim de iſtiusmodi collatione vide judicium JO. SPENCERI lib. II. c. 15. ſect. 6. p. 583.

tes, accenſisque lucernis necatos filios lamentabantur, filiosque Iſraël exire compellebant de terra Aegypti, *ut eſt Exodi XII.* 29. 30. *Etenim potuit fieri, ut is* primogenitus Pharaonis, *qui mortuus eſt* Oſiris *appellaretur* * *nam de* Oſiride Aegyptio *loquuntur omnes. Et præterea feſtus hic dies* Lucernarum, *quod in plenilunio celebraretur, teſtis eſt* APULEJUS. *Quemadmodum & exitum filiorum Iſraël ex* Ægypto *plenilunii tempore in Martio contigiſſe, ſacra tradidere oracula.* ** Confer de hac CASALII obſervatione CHR. HEINR. BROMELIUM in diſſertatione ad Exodi *XII.* 23. de Angelo exterminatore §. 32. ſeq. FORTUNATUM SCACCHUM Elæochriſm.

---

* SALMASIUS de annis Climactericis p. 566. vocem *Oſiris* arceſſere conatur a vocabulo *σιρὶ* quod *filium* in lingua Aegyptiaca ſonare ait, ita quidem ut inde præfixo articulo factum ſit Aegyptium *ὤσιρι* & Græcum *ὄσιρις*. Eandem SALMASII ſententiam tuetur Abbas RENAUDOTUS dans le ſecond Memoire ſur l'origine des lettres Grecques p. 273. Tom. II. des Memoires de literature tirez des regiſtres de l'Academie Royale des inſcriptions & belles lettres, ſed in eo falli videtur SALMASIUS, quod IBNO CABAR in Scala magna a KIRCHERO edita filium ab Aegyptiis appellari docet *σήρι* non *σιρὶ* & filiam *σέρι*. Vide HUETIUM in addendis ad demonſtrat. Evang. p. 645.

** Sed quæ hic CASALIO objicienda erant, videri poterunt in ÆGIDII STRAUCHII diſſertatione de paſchate primo & exodo Iſraëlitarum in deſerto ad Exodi XII.

chriſm. lib. I. c. 6. quiquid autem ejus rei erit: utrum iſtiusmodi *ſacrarum lucernarum accenſio Hebræis an Ægyptiis debeatur*, haut facile aliquis dixerit: fortaſſe utrisque eſt antiquior, uti exiſtimat WITSIUS lib. II. Aegyptiacor. cap. 16. §. 17. p. 190. cum quo etiam facit JAC. SAURINUS * interim ἡ λυχνία inter ſacra templi Hieroſolymitani vaſa a Paulo in Epiſt. ad Hebr. IX. 2. relata *myſteriis non caret*, ſive hac de re *Judæos* ** ſive etiam *Chriſtianos* † audire malis.

Ἀμφό-

* Verba ejus hæc ſunt Tom. II. p. 237. *Mais pour pouvoir décider en bonne Critique, ſi Moyſe, a imité le Rite des Egyptiens, ou ſi les Egyptiens ont imité le Rite de Moyſe, il faudroit marquer l'Epoque de l'etabliſſement de cette coûtume en Egypte, & c'eſt ce qu'on ne ſauroit déterminer ni par le paſſage de* Clement Alexandrin, *ni par celui d'* Herodote, *ni par celui d'aucun autre Auteur.* Quemadmodum autem JO. SPENCERUS more ſuo & JO. CLERICUS ad Exodi XXV. 31. candelabri ſacri apud Judæos originem ab Aegyptiis repetunt, ita ſunt qui in partem contrariam nitantur a me laudati Tom. I. Bibliothecæ Antiquariæ & Exegeticæ p. 478.

** *Lychnuchus ſacer* Hebræorum *arcanam* habuit *ſignificationem*, nec ad ornatum modo ſeptem lychnos ejus fabrefactos fuiſſe, ſed eo *numerum* indicari *ſeptem planetarum*, ipſe JOSEPHUS libro III. Antiquitatum, ubi lychnuchum ſacrum deſcribit, affirmat. Hæc autem eſt τιμὴ ἑβδομάδος non diei ſeptimi, ut quidam, ſed *numeri ſeptenarii honor*; quem ἐμφανίζουσι evidenter declarant lychni ipſius lychnuchi, quoniam ſeptem ſunt, ideoque a JOSEPHO ad clariſſimam ἑβδομάδα corporum cœleſtium, ſad planetas nobis conſpicuos referuntur, nec JOSEPHO

Ἀμφότερα χρυσᾶ.] In altari ſuffitus materia erat lignea obtecta auro Exodi XXX. 1. de *lychnu-*

---

tantum ſed & PHILONE (qui operoſus eſt in laudibus ἑβδομάδος) ut nunc taceam ejusdem ſententiæ auctores inter Chriſtianos HIERONYMUM in Epiſtola ad Fabiolam, CLEMENTEM ALEXANDRINUM lib. V. Stromatum. Vide RELANDUM in libro ſingulari de ſpoliis templi Hieroſolymitani p. 29. Nolim jam excutere auctores, qui de *numerorum myſteriis* ſcripſerunt, JODOCUM CLICHTOVÆUM in libro de myſtica numerorum ſignificatione, PETRUM BUNGUM in numerorum myſteriis, aliosque quos laudant CONR. IKENIUS in diſſertatione Theologico - Philologica ad loca Exodi XV. 27. & Num. XXXIII. 9. de XII. fontibus & LXX. Palmis ab Iſraëlitis in Elim repertis p. 25. JO. SPENCERUS lib. III. diſſert. 1. c. 10. ſect. 1. p. 904. extant FABII PAULINI Hebdomades ſive *Septem de Septenario* libri, quos indicat URBANUS CHEVREAU in Chevræanis ou diverſes Penſées d'Hiſtoire de Critique d'Erudition, & de Morale p. 186. Tom. II. ſunt & alii, qui *numerum Septenarium* in ritibus Moſaicis admodum inſignem obſervarunt, ut JO. CLERICUS in notis ad Exodi XXIX. 29. CAMP. VITRINGA in *ἀνακρ.* Apocal. p. 55. ſeq. JO. MARSHAMUS in Canone Chronico ſec. IX. p. 196. in præſenti audiamus DEYLINGIUM P. II. obſervat. Sacr. p. 312. de antiquis Judæis differentem; *ſcribunt templum adumbrare mundum, & ſeptem lampades in candelabro ſacro ſeptem planetas, in quibus Meſſias ſol ſit.* Quæ ſi ita ſunt, uti DEYLINGIUS ex ore THEOD. DASSOVII tradit, magna utique hæc ſunt myſteria, ſed DASSOVIO, non aliis emunctæ naris hominibus. ABARBANEL quidem comparat tabernaculum *libro ſapien-*

lychnucho quæritur, num fuerit *auri maſſa ſolida.* Ne-

tiæ ſublimioris, & rei glorioſæ, ad quam iſta referantur : verum ubi explicanda ſublimis illa ſapientia eſt, dici vix poteſt, in quam futiles nænias pleræque illorum commentationes exeant. Multum ſibi ſapere videntur, cum *tabernaculum* conſiderant uti *mundi* & *naturæ* delineationem. *Sanctum Sanctorum* volunt ſignificare *mundum angelicum*. *Sancta* mundum *cœlorum viſibilium*, *atrium* orbem *terrarum*. *Menſam* cum XII Panibus XII *ſigna Zodiaci*. *Candelabrum* cum VII lampadibus VII *Planetas*. *Quatuor* cortinarum *colores*, *quatuor* mundi *elementa*. Vide hanc iu rem JOSEPHI & PHILONIS verba apud SPENCERUM lib. I. c. XI. ſect. 3. p. 283. D. KIMCHII apud HENR. MUHLIUM de Apodixi ſeu demonſtratione ac probatione ſcripturaria, diſſert. I. p. 49. & aliorum Judæorum apud EDUARDUM BERNARDUM ad JOSEPHI Antiquitat. lib. III. c. 7. §. 7. p. 156. *Profecto*, inquit WITSIUS in diſſertat. de tabernaculi Levit. myſteriis §. 22. p. 409. *qui tam frigide de tabernaculo* philoſophatur, *nihilque hic de Meſſia, illiusque in populo ſuo habitatione per Spiritum cogitant, ii vertunt* tabernaculum Dei *in* tabernaculum Molochi : *Neque fidem de Deo multo meliorem habent iis, qui Molochum adorant.* Subjungamus verba LUDOV. de DIEU ad Epiſtol. ad Coloſſ. II. 8. *philoſophiam cum elementis mundi conjungit Apoſtolus, quia Doctores Hebræorum* univerſum tabernaculum *ſeu* templum: *ceremoniasque eo pertinentes ad* philoſophiam *referebant, ut ad Actor.* VII. 43. *annotavimus* : *ideoque quam diu duraturus eſſet mundus, durare quoque ceremonias Moſis debere contenderent, ut* naturæ ſcientia, *ibi occultata inde diſceretur. Paulus vero omnia Chriſtum reſpexiſſe contendit.*

Tradunt Ebræorum Magiſtri lucernam mediam nun-

Neque enim adeo certum מקשה notare ſolidam ejus-

quam fuiſſe exſtinctam, ſicut reliquæ, oleo interdum deficiente, exſtingui ſolebant. Chriſtus τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν nunquam exſtinguetur, lucebit in æternum Rom. VI. 9. Ebr. VII. 21. 25. Illud autem ſingulare eſt & obſervatione noſtra apprime dignum, quod Talmudici doctores tradunt in Joma cap. 4. *lucernam veſpertinam* non amplius arſiſſe, ſed *exſtinctam* manſiſſe XL. annos integros ante *templi excidium*. Hoc teſtimonium Judæorum e Pandectis Talmudicis excerptum exhibent & laudant SAM. BOCHARTUS P. I. Hieroz. lib. II. c. 54. p. 657. LIGHTFOOTUS in Horis Hebr. ad Matth. XXVI. 3. WAGENSEILIUS in Sota cap. IX. ſect. 9. nota 3. p. 926. Res profecto ominoſa & prodigii plena! poſtquam advenit τὸ φῶς ἀληθινὸν, merito deficit & exſtinguitur τὸ φῶς σκιατικὸν ſive præſtantioris lucis umbra atque figura. Nec ullus amplius uſus erat *lucernæ ſanctuarii* præſente *Chriſto* luce mundi, qui eſt ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ πατρὸς Ebr. I. 3. lumen non auguſtis ſanctuarii terminis in templo vel tabernaculo incluſum, ſed lumen oecumenicum ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον Joann. I. 9. Hæc DEYLINGIUS l. c. p. 312. & ante illum jam pridem obſervarat JO. LUNDIUS in den Jüdiſchen Heiligthümern lib. I. c. 23. p. 119. & ED. BERNARDUS in notis ad JOSEPHI Antiqu. lib. III. c. 6. §. 7. p. 137. Plura *lychnuchi ſacri myſteria* videre licet apud JO. LUNDIUM l. c. HERM. WITSIUM de tabernaculi Levitici myſteriis §. 39. ſeq. p. 419. JO. BIERMANNUM Comment. in Zachariam p. 180. & in Moſe & Chriſto lib. II. c. 6. p. 434.

ejuſmodi maſſam, & JOSEPHUS certe lychnuchum factum fuiſſe *διάκενον intus, cavum* diſertis verbis notat. Sic, ut מקשה credi poſſit intelligendum de auro quod non ſuperinducitur ligno aut alii materiæ, uti erat aurum altaris & menſæ, ipſiusque arcæ fœderis, quod ὅλον (unde ſolum & ſolidum Latinorum ortum traxit) aurum eſt, ſive ὁλόχρυσον. Ita & tubæ duæ argenteæ Num. X 2. jubentur fieri ex argento מקשה quæ tamen intus eſſe cavæ debuerunt: adeoque & ſtipes lychnuchi & rami ex auro מקשה eſſe potuerunt & tamen *intus cava*. Adde & קנים *cannas* dici, quas notum eſt *cavas* eſſe. At fuerint rami lychnuchi intus cavi, non eſt credibile adeo *craſſos ramos* fuiſſe. Cannas קנים vocat KIMCHI *tenues bacillos, quia arundini ſimiles*. ABENEZRA vocat hos ramos *rotundos, oblongos & excavatos*. Καλαμίσκους nuncupat PHILO in libro, quis hæres rerum divin. p. 510. *δεδημιούργηται (ἱερὰ λυχνία) ἓξ καλαμίσκους ἔχουσα τρεῖς ἑκατέρωθεν, ἑβδόμη δὲ αὕτη μέση διακρίνουσα καὶ διαιροῦσα τὰς τριάδας, ita factus eſt lychnuchus ſacer, ut tres tenues calamos habeat utrimque, ipſe autem medius ſtipes diſcernat ac dividat triades ramorum.* JOSEPHUS λεπτοὺς vocat ramos illius lychnuchi, quem in triumpho Titus circumtulit, & quidem καλαμίσκους, qui quoniam hic ipſe eſt, de quo agimus, & in arcu Titi non ſunt rami λεπτοὶ ſed *craſſi* * dicen-

* Vide inter alios NICOLAI de BRALION Curioſitez

dicendum eſt, ſculptorem ſibi indulſiſſe, aut oculis potius ſpectatorum, qui ut diſtinctius ſingulæ ornamenta ſingulorum ramorum poſſent conſpicere, ampliora illa finxit. Ita in columna Trajani factum eſt, in cujus parte ſumma imagines multo majores ſculptæ ſunt quam in ima, ut ſpectator humi ſtans ſupremo æque ac infima viſu poſſit aſſequi. Nec enim rami adeo craſſi λεπτοὶ dici poſſunt. LONGUS in Pœmenicis lib. I. p. 230. καλάμους λεπτοὺς cera junctos memorat ad uſum canentium: quales iſti calami fuerint, & uſus docet, & notum eſt. Igitur falluntur quotquot tum inter Judæos tum Chriſtianos ramos lychnuchi ſacri adeo craſſos fingunt, ut λεπτῶν nomen iis non conveniat. Hactenus RELANDUS in libro ſingulari de ſpoliis Templi Hieroſolymitani p. 39.

Δύο τάλαντα τὴν ὁλκήν.] Talentum integrum eſt ſexaginta librarum ſecundum HERM. WITSIUM Tom. I. Miſcellaneor. Sacrar. lib. II. diſſert. 1. de tabernaculi Levitici myſteriis §. 38. p. 419. ſed paulo diſtinctius hac de re audiamus diſſe-

de l'autre Rome Tom. II. ſect. 2. c. 3. p. 143. ſect. 5. c. 4. p. 271. ectypon ſpoliorum templi Hieroſolymitani in triumphali arcu T. Veſpaſiani Romæ conſpicuorum apud J. B. VILLALPANDUM Tom. II. explanat. in Ezech. lib. V. c. 7. Confer etiam Tomum noſtrum I. Bibliothecæ Antiquariæ & Exegeticæ p. 839. & BASNAGIUM dans l'Hiſtoire des Juifs lib. I. c. 19. §. 25. p. 589.

differentem JAC. SAURINUM Tom II. p. 233. *On y avoit employé* un Talent d'or, *c'eſt-à-dire quinze cens Onces, qui ſont cent vingt-cinq Livres Romaines, quatre vingt-ſix Livres & quelques Gros, poids de France. Tout cela valoit, ſelon le calcul de* CUMBERLAND * *cinq mille ſoixante-ſeize Livres ſterlin, trois Schellings, & quelques ſols Monnoye d'Angleterre.* EDMUND BERNARD ** *ſuit à peu près la même ſupputation, & évalue le Chandelier à cinq mille quatre cens Livres ſterlin: c'eſt-à-dire, Monnoye de Hollande cinquante-neuf mille quatre cens florins.* Audiamus & JO. CLERICUM: ככר *talentum auri complectebatur tria millia ſiclorum, hoc eſt, mille quingentas uncias Romanas, ex calculo* ED. BERNARDI 5400. *libras ſterlingicas, quarum ſingulæ undecim florenis Hollandicis æquantur. Vide eum de menſ. & pond. Ant. lib.* II. Talentum aureum Hebraicum ככר inquit HEINIUS Obſ. Sacr. lib. I. c. 6. p. 89. pondo 90. ſuperat, ſi cum accuratiſſimo EISENSCHMIDIO quantitatem illius aſſumimus & circiter 11520. Ducatos comprehendit.

Ἐπὶ τέτων Φῶς ἐςιν ἀναπόσβεςον καὶ τὰς νύκτας καὶ τὰς ἡμέρας] Voluit Deus in *ara exteriori ignem* eſſe *perpetuum Levit. III.* 9. 12. In qua

* Eſſay towards the recoveri of the Jewiſch Meaſur and Weights c. 3. p. 121.

** De menſuris & ponderibus antiquis apud CLERICUM in Exodi XXV. 39.

qua tamen re inſignis occurrit difficultas. Nimirum juſſit Deus, ut Levitæ altare in itineribus Iſraëlitarum portaturi cineres averrerent, expanderentque ſuper illud veſtem purpuream, impoſitis ei omnibus inſtrumentis ejus, obnubendis tegumento e pellibus melium. Num. IV. 13. 14. Quo pacto autem ſervari potuit ignis ſub duplici tegumento? aut quomodo ſervato igne combuſta non ſunt tegmina? Creſcit difficultas, ſi expendatur, iter ejusmodi aliquando plurium dierum continuatione fuiſſe productum. Judæi hic ſuo more ad *miracula* confugiunt, narrantque divina factum eſſe omnipotentia, ut & ignis viveret ſine alimento & ſpiramento ſub veſte purpurea: & veſtis haut ſecus illæſa maneret, ac ſi nullum ignem tegeret. Vide inter alios JO. BUXTORFIUM in Hiſt. ignis ſacri. Sed uti religio nobis vel minima hæſitatione dubitare de miraculis, quæ in ſacris memorata invenimus voluminibus; ita nec faciles admodum ſumus in iis admittendis, quæ non niſi humana, maxime Judaica, id eſt ſubleſta admodum fide nituntur. Dictu longe credibilius eſt, tali in caſu ignem ab altari remotum & cum cineribus ſuis lebetibus eſſe inditum, ibique neceſſario alimento fotum, donec altari iterum imponeretur. Confer Exodi XXVII. 3. HERM. WITSIUM Tom. I. Miſcell. Sacr. lib. I. diſſert. I. de tabernaculi Levitici myſteriis §. 17. p. 406. SALOM. DEYLINGIUM P. II. Obſervation. Sacr. p. 128. & Tomum noſtrum I. Bibliothecæ Antiquariæ & Exegeticæ p. 475. Interim

rim Celeberrimus JO. PHIL. HEINIUS Obſervationum. Sacrar. lib. I. c. 4. §. 16. p. 59. negat & pernegat *in ara ſempiternum arſiſſe ignem.* Exſtat quidem præceptum divinum Levit. VI. 6. *ignis perpetuus ardeat in altari, ne exſtinguatur.* Unde inferunt, ignem a Deo ipſo prima vice in altari accenſum perpetuo deinceps nutritum fuiſſe, & nunquam exſtinctum. *Et principio quidem* inquit Heinius *poſſemus ad hoc reſpondere, verba aliter eſſe interpretanda, ſcilicet:* ignis ſemper in altari ſuccendatur, nec exſtinguatur: *iisque id ſolum præcipi, ignem non alibi niſi in altari & quidem ſemper*, ſtatis *videlicet* vicibus, *omni mane incendendum, nec unquam, dum arderet, ſuffocandum & exſtinguendum. Poſſemus, inquam, hæc optimo jure regerere, quia* ſacrificium quotidianum, *quod bis de die, non ſingulis momentis offerebatur etiam* תמיד perpetuum *dicitur, qua ratione objectio eſſet nulla: ſed nolumus tamen illa urgere, quia quibusdam dura aliquo modo videbuntur, & concedemus, re vera Deum id intendiſſe, ut in ara* perpetuus ignis *alatur. Num vero a præcepto divino ad perpetuam ejus exſecutionem argumentari licet? num licet aſſerere, Deus jusſit ignem ſempiternum in altari ſuo nutriri, ergo nutritus eſt, nunquam exſtinctus? Sed quid apertius? ignis in altari accenditur, ut ſacrificia ejus beneficio comburantur. Nullis ergo oblatis victimis, nullum ignem fuiſſe ſuſtentatum liquet. Dum itaque in excelſis offerebant Judæi ſacrificia, aram Dei ſæpe vacaſſe,* quis

quis mirabitur? id vero quam ſæpe factum, inprimis ſub regibus impiis Achaſo, Manaſſe, & Ammone. Sed quid ſi ex ipſo ſacro codice locum afferamus, qui ſententiam noſtram non ſolum confirmet, ſed fortisſime ſtabiliat. Ille eſt 2. Chron. XXIX. 7. *ſic loquitur Hiskias*: patres noſtri prævaricati ſunt, & male fecerunt in oculis Jehovæ Dei noſtri, eumque reliquerunt: ac averterunt facies ſuas ממשכן יהוה *a templo Jehovæ.* Etiam occluſerunt portas Pronai, & exſtinxerunt lucernas, & ſuffitum non adoluerunt, *nec holocauſta obtulerunt in Sanctuario. En exſtinctum ignem perpetuum!* Hæc quidem doctiſſimus HEINIUS, qui tamen haud negabit, melioribus Eccleſiæ Judaicæ temporibus, cum crebra fierent ſacrificia, ignem perpetuum in altari fuiſſe. Certe vel HECATÆI noſtri teſtimonio, qui ἄσβεστον φῶς commemorat expreſſis verbis, convinci poterit: Quid multa? Ad jugem illum in altari ignis fomitem varii reſpiciunt in S. literis loci Eſaiæ XXXI. 9. * XXXIII. 15. ** 1. Theſſal. V. 19.

* Quemadmodum *foci* nomine intelligimus in vulgari ſermone habitationem in ædibus privatis ut in proœmia illa *pro aris & focis*, ſic in domo ſacra habitationem Dei optime notat phraſis illa, qua ibi dicitur habere *ignem & focum.* Nimirum אור ad *luminaria* & lampades referetur, תנור ad *focum ſacrum altaris.* Vide JO. CLOPPENBURGIUM in ſchola ſacrificior. c. 3. §. 9. p. 29. Tom. Oper.

** Ibi Deus *ignis conſumentis & æternorum focorum.*

V. 19. * Cumque etiam multæ gentes *perpetuum* aluerint *ignem* ** nullum eſt dubium, quin ritum illum

---

nomine inſignitur. Vide quæſo ad hæc verba VITRINGAM Tom. II. Comment. in Eſaiam p. 249.

* Ad *jugem ignis in altari fomitem*, quem exſtinguere, vel ut exſtingueretur per negligentiam committere piaculum erat, videtur reſpexiſſe tanquam ad hieroglyphicum ſacrum Apoſtolus verbis illis: τὸ πνεῦμα μὴ σβέννυτε. Vide CLOPPENBURGIUM l. c. & LUNDIUM in den Jüdiſchen Heiligthümern lib. I. c. 34. p. 184. Nimirum in ſacris literis ſignificat ignis ſpiritum propheticum, qui ſpiritus inſtar ignis homines peculiari quodam modo ſanctificat ad inagnum hoc opus, incendit, inflammat & ζέοντας fervidos facit Rom. XII. 11.

** Ut de *Aſſyriis* res dubia eſt, ſic conſtat *Perſas, Phœnices, Cappadoces, Trojanos* & ad horum exemplum Romanos divinitatem in igne veneratos eſſe, etſi dubium utrum Romani in cultu Veſtæ ignem reſpexerint cœleſtem an terreſtrem. Tantum obſervabo hanc notionem ignis ſive foci æterni apud exteros quoque obtinuiſſe uſu. STRABO lib. XV. p. 504. *in his* (ſeptis, quæ πυραθεῖα dicebantur) *mediis eſt ara, in qua* πολλή τε σποδὸς καὶ πῦρ ἄσβεστον φυλάττουσιν οἱ Μάγοι, *multum cineris & ignem æternum ſervant Magi.* CURTIUS lib. *III.* c. 3. *ignis, quem ipſi ſacrum & æternum vocabant, argenteis altaribus præferebatur.* AMMIANUS de Magis lib. *XXIII.* cap. 6. *feruntque, ſi juſtum & credi, etiam ignem cœlitus lapſum apud ſe* ſempiternis foculis *cuſtodiri.* Poëta de *Veſta*, ſive *igne ſacro* abducto ab Aenea Aeneid. lib. II. v. 297. *Aeternumque adytis effert penetralibus ignem.* Vide plura de hoc *igne ſacro* eoque *æterno* gentium apud CAMP. VITRINGAM

illum ab Hebræis acceperint. * Sed pergendum cum HECATÆO noſtro, qui etiam λυχνέχῳ ſacro φῶς ἄσβεςον tribuit, ſed ita ut, etiamſi HECATÆI ſatis dignum hac in re teſtimonium videatur EDUARDO BERNARDO in notis ad JOSEPHI Antiquit. lib. III. c. 8. §. 3. p. 159. nihilo ſecius tamen, tum de re ipſa, tum de HECATÆI fide magnæ exſiſtant virorum eruditorum contentiones. Solum *uſum lychnuchi nocturnum* tradit RELANDUS in Antiquitatibus S. vete-

Tom. II. Comment. in Eſaiam p. 249. JUSTUM LIPSIUM in Syntagmate de Veſta & Veſtalibus Tom. *III.* Oper. p. 1069. & *V.* antiquit. Romanar. Grævii p. 619. CONR. SAM. SCHURZFLEISCHIUM in diſſertatione de cultu ignis apud omnes gentes, nationesque recepto. P. D. HUETIUM in demonſtrat. Evang. Propoſ. *IV.* c. 5. p. 77. & Tomum noſtrum *I.* Opuſculor. ſacror. p. 420. Quando autem THOMAS HYDE cultum ignis apud Perſas, quem in Πυρείοις ſuis ſervarunt & ſtudioſiſſime coluerunt veri emblematis Solis, cum cura ignis a Judæis in altari holocauſti conſervandi comparat, graviter errat, uti recte monet VITRINGA Tom. *II.* Comment. in Eſaiam p. 496.

* Ex hoc perpetuo, eoque ſacro Hebræorum igne gentium πρυτανεῖα & πυραθεῖα nata eſſe, præter HUETIUM l. c. recte judicat JOANNES FILESACUS lib. *II.* Selectorum in diſſertatione de cerimoniis §. 10. p. 177. Idem ibidem affirmat gentes perpetuam in lychnuchis ſacris lucem (vide EZECH. SPANHEMII diatribam de Veſta & Prytanibus Græcorum) ex Sacris Hebræorum repetere voluiſſe.

veterum Hebræor. delineatis P. I. c. 5. p. 33. En ejus verba : *Ardebant lychni ſeptem hujus lychnuchi* תמיד *ſemper coram facie Dei id eſt ſingulis noctibus a veſpera usque ad mane* מערב עד הבקר Exodi XXVII. 21. Levit. XXIV. 3. *quare accendebantur* בערב 2. Chronic. XIII. 11. *aut* בער בים *inter duas veſperas* Exodi XXX. 8. *ſed mane ſacerdotum munus non erat* להעלות אתהנרות *accendere lucernas (id erat munus veſpertinum) ſed concinnare* להיטיב *id eſt ſordes tollere &c. Quando exſtinguebantur lychni* 1. Sam. III. 3. *qui duo actus diſtincti reſpectu temporis etiam nominibus his diſtinguuntur* Exodi XXX. 7. 8. *quod fieri debuiſſe non videtur, ſi quidem idem fuiſſet veſpertinum, idem matutinum lychnos*] *ſcilicet accendendi officium. Quod ſi ſtante templo ſecundo Judæi etiam interdiu lychnos hos ſive omnes, ſive aliquos lucere voluerint, ut ignis eſſet ἀθάνατος in templo (quo* DIODORI SICULI *&* JOSEPHI *teſtimonia nos ducere videntur) non tamen vel jusſiſſe hoc Deum vel in tabernaculo hunc morem obſervatum fuiſſe arbitramur*. Audiamus etiam JO. BIERMANNUM in Moſe & Chriſto lib. II. c. 6. p. 432. cum enim is quæreret, noctune ſolum an interdiu quoque lychnuchus ſacer arſerit, reſpondet in hunc modum : *Etliche meinen daß die Lampen niemahls ſeyen ausgelöſchet worden. Sie meinen ſolches aus* JOSEPHO lib. III. antiqv. c. 9. *zu beweiſen : allwo er erzehlet, daß allezeit drey aus den ſieben Lampen des Tages geſchienen : derſelbigen Meynung ſind*

auch

auch geweſen HECATÆUS ABDERITES *in* EUSEBII *Præparat.* PHILO, CAJETANUS, LIPOMANNUS *und andere ohne Zahl. Daß aber die Lampen allein des Abends angezündet worden und allein die gantze Nacht bis an den Morgen gebrannt haben, wird uns überall in den Schrifften des alten Teſtaments ſo klar gezeiget, daß deswegen niemand einiger Zweiffel kan übrig bleiben. Betrachtet nur dieſe Schrifft-Orte: Exodi* XXVII. 21. XXX. 7. 8. Levit. XXIV. 3. 1. *Sam.* III. 3. 2. *Chronic.* XIII. 11. WITSIUS quoque * ſolum noctu lychnuchi ſacri uſum tuetur, in eoque myſterium quærit, JACOBUS autem SAURINUS Tom. II. p. 236. quæ in utramque partem dici poterant in hac controverſia, in medium affert, ſed ita ut neutrius partis ſcriptoribus calculum ſuum adjiciat. Haut pigeat ejusdem verba hic repetere: *La Principale queſtion qui s'agite ici parmi les*

* De Tabernaculi Levitici myſteriis §. 44. p. 421. hunc in modum diſſerit: *candelabrum* ſub veſperam *accendebatur. Sub veſperam mundi lux oritura erat lucidior Jerem. XXX. 24. Dan. XII. 4.* Noctu *ſolum lucebat*, mane *exſtinguebatur. Quo ſignificari videtur* I. *Quamdiu typici iſtius candelabri uſus obtinebat, noctem adhuc eſſe, nondum adveniſſe diem promiſſum. Uſque ad Chriſtum nox erat, non gentilibus ſolum, ſed & Judæis: ea cum adventu Chriſti præteriit Rom. XIII. 12. Exorta luce, exſtinguendum illud candelabrum erat, omnisque Leviticus cultus debebat ceſſare.* II. *Omnem eccleſiæ illuminationem per miniſterium verbi adſtrictam eſſe hujus vitæ ſtatui, ceſſaturam cum exortu luminis gloriæ. Utroque modo intelligi poteſt Petri illud* 2. *Petri* I. 19.

lychnucho quæritur, num fuerit *auri maſſa ſolida.* Ne-

tiæ ſublimioris, & rei glorioſæ, ad quam iſta referantur : verum ubi explicanda ſublimis illa ſapientia eſt, dici vix poteſt, in quam futiles nænias pleræque illorum commentationes exeant. Multum ſibi ſapere videntur, cum *tabernaculum* conſiderant uti *mundi* & *naturæ* delineationem. *Sanctum Sanctorum* volunt ſignificare *mundum angelicum*. *Sancta* mundum *cælorum viſibilium, atrium* orbem *terrarum*. *Menſam* cum XII Panibus XII *ſigna Zodiaci*. *Candelabrum* cum VII lampadibus VII *Planetas*. *Quatuor* cortinarum *colores*, *quatuor* mundi *elementa*. Vide hanc in rem JOSEPHI & PHILONIS verba apud SPENCERUM lib. I. c. XI. ſect. 3. p. 283. D. KIMCHII apud HENR. MUHLIUM de Apodixi ſeu demonſtratione ac probatione ſcripturaria, diſſert. I. p. 49. & aliorum Judæorum apud EDUARDUM BERNARDUM ad JOSEPHI Antiquitat. lib. III. c. 7. §. 7. p. 156. *Profecto*, inquit WITSIUS in diſſertat. de tabernaculi Levit. myſteriis §. 22. p. 409. *qui tam frigide de tabernaculo* philoſophatur, *nihilque hic de Meſſia, illiusque in populo ſuo habitatione per Spiritum cogitant, ii vertunt* tabernaculum Dei *in* tabernaculum Molochi : *Neque fidem de Deo multo meliorem habent iis, qui Molochum adorant*. Subjungamus verba LUDOV. de DIEU ad Epiſtol. ad Coloſſ. II. 8. *philoſophiam cum elementis mundi conjungit Apoſtolus, quia Doctores Hebræorum* univerſum tabernaculum *ſeu* templum: *ceremoniasque eo pertinentes ad* philoſophiam *referebant, ut ad Actor.* VII. 43. *annotavimus*: *ideoque quam diu duraturus eſſet mundus, durare quoque ceremonias Moſis debere contenderent, ut* naturæ ſcientia, *ibi occultata inde diſceretur. Paulus vero omnia Chriſtum reſpexiſſe contendit.*

Tradunt Ebræorum Magiſtri lucernam mediam nun-

Neque enim adeo certum מקשה notare ſolidam ejus-

---

quam fuiſſe exſtinctam, ſicut reliquæ, oleo interdum deficiente, exſtingui ſolebant. Chriſtus τὸ Φῶς τὸ ἀληθινὸν nunquam exſtinguetur, lucebit in æternum Rom. VI. 9. Ebr. VII. 21. 25. Illud autem ſingulare eſt & obſervatione noſtra apprime dignum, quod Talmudici doctores tradunt in Joma cap. 4. *lucernam veſpertinam* non amplius arſiſſe, ſed *exſtinctam* manſiſſe XL. annos integros ante *templi excidium*. Hoc teſtimonium Judæorum e Pandectis Talmudicis excerptum exhibent & laudant SAM. BOCHARTUS P. I. Hieroz. lib. II. c. 54. p. 657. LIGHTFOOTUS in Horis Hebr. ad Matth. XXVI. 3. WAGENSEILIUS in Sota cap. IX. ſect. 9. nota. 3. p. 926. Res profecto ominoſa & prodigii plena! poſtquam advenit τὸ Φῶς ἀληθινὸν, merito deficit & exſtinguitur τὸ Φῶς σκιατικὸν ſive præſtantioris lucis umbra atque figura. Nec ullus amplius uſus erat *lucernæ ſanctuarii* præſente *Chriſto* luce mundi, qui eſt. ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ πατρὸς Ebr. I. 3. lumen non auguſtis ſanctuarii terminis in templo vel tabernaculo incluſum, ſed lumen oecumenicum ὃ Φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον Joann. I. 9. Hæc DEYLINGIUS l. c. p. 312. & ante illum jam pridem obſervarat JO. LUNDIUS in den Jüdiſchen Heiligthümern lib. I. c. 23. p. 119. & ED. BERNARDUS in notis ad JOSEPHI Antiqu. lib. III. c. 6. §. 7. p. 137. Plura *lychnuchi ſacri myſteria* videre licet apud JO. LUNDIUM l. c. HERM. WITSIUM de tabernaculi Levitici myſteriis §. 39. ſeq. p. 419. JO. BIERMANNUM Comment. in Zachariam p. 180. & in Moſe & Chriſto lib. II. c. 6. p. 434.

ejuſmodi maſſam, & JOSEPHUS certe lychnuchum factum fuiſſe διάκενον *intus cavum* diſertis verbis notat. Sic, ut מקשה credi poſſit intelligendum de auro quod non ſuperinducitur ligno aut alii materiæ, uti erat aurum altaris & menſæ, ipſiusque arcæ fœderis, quod ὅλον (unde ſolum & ſolidum Latinorum ortum traxit) aurum eſt, ſive ὁλόχρυσον. Ita & tubæ duæ argenteæ Num. X 2. jubentur fieri ex argento מקשה quæ tamen intus eſſe cavæ debuerunt: adeoque & ſtipes lychnuchi & rami ex auro מקשה eſſe potuerunt & tamen *intus cava*. Adde & קנים *cannas* dici, quas notum eſt *cavas* eſſe. At fuerint rami lychnuchi intus cavi, non eſt credibile adeo *craſſos ramos* fuiſſe. Cannas קנים vocat KIMCHI *tenues bacillos, quia arundini ſimiles*. ABENEZRA vocat hos ramos *rotundos, oblongos & excavatos*. Καλαμίσκους nuncupat PHILO in libro, quis hæres rerum divin. p. 510. δεδημιούργηται (ἱερὰ λυχνία) ἓξ καλαμίσκους ἔχουσα τρεῖς ἑκατέρωθεν, ἑβδόμη δὲ αὔτη μέση διακρίνουσα καὶ διαιροῦσα τὰς τριάδας, *ita factus eſt lychnuchus ſacer, ut tres tenues calamos habeat utrimque, ipſe autem medius ſtipes diſcernat ac dividat triades ramorum.* JOSEPHUS λεπτοὺς vocat ramos illius lychnuchi, quem in triumpho Titus circumtulit, & quidem καλαμίσκους, qui quoniam hic ipſe eſt, de quo agimus, & in arcu Titi non ſunt rami λεπτοὶ ſed *craſſi* * dicen-

* Vide inter alios NICOLAI de BRALION Curioſitez

dicendum eſt, ſculptorem ſibi induxiſſe, aut oculis potius ſpectatorum, qui ut diſtinctius ſingula ornamenta ſingulorum ramorum poſſent conſpicere, ampliora illa finxit. Ita in columna Trajani factum eſt, in cujus parte ſumma imagines multo majores ſculptæ ſunt quam in ima, ut ſpectator humi ſtans ſupremo æque ac infima viſu poſſit aſſequi. Nec enim rami adeo craſſi λεπτοὶ dici poſſunt. LONGUS in Pœmenicis lib. I. p. 230. καλάμους λεπτοὺς cera junctos memorat ad uſum canentium: quales iſti calami fuerint, & uſus docet, & notum eſt. Igitur falluntur quotquot tum inter Judæos tum Chriſtianos ramos lychnuchi ſacri adeo craſſos fingunt, ut λεπτῶν nomen iis non conveniat. Hactenus RELANDUS in libro ſingulari de ſpoliis Templi Hieroſolymitani p. 39.

Δύο τάλαντα τὴν ὁλκήν.] Talentum integrum eſt ſexaginta librarum ſecundum HERM. WITSIUM Tom. I. Miſcellaneor. Sacrar. lib. II. diſſert. 1. de tabernaculi Levitici myſteriis §. 38. p. 419. ſed paulo diſtinctius hac de re audiamus diſſe-

de l'autre Rome Tom. II. ſect. 2. c. 3. p. 143. ſect. 5. c. 4. p. 271. ectypon ſpoliorum templi Hieroſolymitani in triumphali arcu T. Veſpaſiani Romæ conſpicuorum apud J. B. VILLALPANDUM Tom. II. explanat. in Ezech. lib. V. c. 7. Confer etiam Tomum noſtrum I. Bibliothecæ Antiquariæ & Exegeticæ p. 839. & BASNAGIUM dans l'Hiſtoire des Juifs lib. I. c. 19. §. 25. p. 589.

diſſerentem JAC. SAURINUM Tom II. p. 233. *On y avoit employé* un Talent d'or, *c'eſt-à-dire quinze cens Onces, qui font cent vingt-cinq Livres Romaines, quatre vingt-ſix Livres & quelques Gros, poids de France. Tout cela valoit, ſelon le calcul de* CUMBERLAND * *cinq mille ſoixante-ſeize Livres ſterlin, trois Schellings, & quelques ſols Monnoye d'Angleterre.* EDMUND BERNARD ** *ſuit à peu près la même ſupputation, & évaluë le Chandelier à cinq mille quatre cens Livres ſterlin: c'eſt-à-dire, Monnoye de Hollande cinquante-neuf mille quatre cens florins.* Audiamus & JO. CLERICUM: ככר *talentum auri complectebatur tria millia ſiclorum, hoc eſt, mille quingentas uncias Romanas, ex calculo* ED. BERNARDI 5400. *libras ſterlingicas, quarum ſingulæ undecim florenis Hollandicis æquantur. Vide eum de menſ. & pond. Ant. lib.* II. Talentum aureum Hebraicum ככר inquit HEINIUS Obſ. Sacr. lib. I. c. 6. p. 89. pondo 90. ſuperat, ſi cum accuratiſſimo EISENSCHMIDIO quantitatem illius aſſumimus & circiter 11520. Ducatos comprehendit.

Ἐπὶ τούτων φῶς ἐστὶν ἀναπόσβεστον καὶ τὰς νύκτας καὶ τὰς ἡμέρας] Voluit Deus in *ara exteriori ignem* eſſe *perpetuum Levit. III.* 9. 12. In qua

* Eſſay towards the recoveri of the Jewiſch Meaſur and Weights c. 3. p. 121.

** De menſuris & ponderibus antiquis apud CLERICUM in Exodi XXV. 39.

qua tamen re inſignis occurrit difficultas. Nimirum juſſit Deus, ut Levitæ altare in itineribus Iſraëlitarum portaturi cineres averrerent, expanderentque ſuper illud veſtem purpuream, impoſitis ei omnibus inſtrumentis ejus, obnubendis tegumento e pellibus melium. Num. IV. 13. 14. Quo pacto autem ſervari potuit ignis ſub duplici tegumento? aut quomodo ſervato igne combuſta non ſunt tegmina? Creſcit difficultas, ſi expendatur, iter ejusmodi aliquando plurium dierum continuatione fuiſſe productum. Judæi hic ſuo more ad *miracula* confugiunt, narrantque divina factum eſſe omnipotentia, ut & ignis viveret ſine alimento & ſpiramento ſub veſte purpurea: & veſtis haut ſecus illæſa maneret, ac ſi nullum ignem tegeret. Vide inter alios JO. BUXTORFIUM in Hiſt. ignis ſacri. Sed uti religio nobis vel minima hæſitatione dubitare de miraculis, quæ in ſacris memorata invenimus voluminibus; ita nec faciles admodum ſumus in iis admittendis, quæ non niſi humana, maxime Judaica, id eſt ſublesta admodum fide nituntur. Dictu longe credibilius eſt, tali in caſu ignem ab altari remotum & cum cineribus ſuis lebetibus eſſe inditum, ibique neceſſario alimento fotum, donec altari iterum imponeretur. Confer Exodi XXVII. 3. HERM. WITSIUM Tom. I. Miſcell. Sacr. lib. II. diſſert. I. de tabernaculi Levitici myſteriis §. 17. p. 406. SALOM. DEYLINGIUM P. II. Obſervation. Sacr. p. 128. & Tomum noſtrum I. Bibliothecæ Antiquariæ & Exegeticæ p. 475. Interim

rim Celeberrimus JO. PHIL. HEINIUS Obſervationum. Sacrar. lib. I. c. 4. §. 16. p. 59. negat & pernegat *in ara ſempiternum arſiſſe ignem.* Exſtat quidem præceptum divinum Levit. VI. 6. *ignis perpetuus ardeat in altari, ne exſtinguatur.* Unde inferunt, ignem a Deo ipſo prima vice in altari accenſum perpetuo deinceps nutritum fuiſſe, & nunquam exſtinctum. *Et principio quidem* inquit Heinius *poſſemus ad hoc reſpondere, verba aliter eſſe interpretanda, ſcilicet:* ignis ſemper in altari ſuccendatur, nec exſtinguatur: *iisque id ſolum præcipi, ignem non alibi niſi in altari & quidem ſemper*, ſtatis *videlicet* vicibus, *omni mane incendendum, nec unquam, dum arderet, ſuffocandum & exſtinguendum. Poſſemus, inquam, hæc optimo jure regerere, quia* ſacrificium quotidianum, *quod bis de die, non ſingulis momentis offerebatur etiam* תמיד perpetuum *dicitur, qua ratione objectio eſſet nulla: ſed nolumus tamen illa urgere, quia quibusdam dura aliquo modo videbuntur, & concedemus, re vera Deum id intendiſſe, ut in ara* perpetuus ignis *alatur. Num vero a præcepto divino ad perpetuam ejus exſecutionem argumentari licet? num licet aſſerere, Deus jusſit ignem ſempiternum in altari ſuo nutriri, ergo nutritus eſt, nunquam exſtinctus? Sed quid apertius? ignis in altari accenditur, ut ſacrificia ejus beneficio comburantur. Nullis ergo oblatis victimis, nullum ignem fuiſſe ſuſtentatum liquet. Dum itaque in excelſis offerebant Judæi ſacrificia, aram Dei ſæpe vacaſſe,* quis

quis mirabitur? id vero quam ſæpe factum, inprimis ſub regibus impiis Achaſo, Manaſſe, & Ammone. Sed quid ſi ex ipſo ſacro codice locum afferamus, qui ſententiam noſtram non ſolum confirmet, ſed fortisſime ſtabiliat. Ille eſt 2. Chron. XXIX. 7. *ſic loquitur Hiskias:* patres noſtri prævaricati ſunt, & male fecerunt in oculis Jehovæ Dei noſtri, eumque reliquerunt: ac averterunt facies ſuas ממשכן יהוה *a templo Jehovæ.* Etiam occluſerunt portas Pronai, & exſtinxerunt lucernas, & ſuffitum non adoluerunt, *nec holocauſta obtulerunt in Sanctuario. En exſtinctum ignem perpetuum!* Hæc quidem doctiſſimus HEINIUS, qui tamen haud negabit, melioribus Eccleſiæ Judaicæ temporibus, cum crebra fierent ſacrificia, ignem perpetuum in altari fuiſſe. Certe vel HECATÆI noſtri teſtimonio, qui ἄσβεστον φῶς commemorat expreſſis verbis, convinci poterit: Quid multa? Ad jugem illum in altari ignis fomitem varii reſpiciunt in S. literis loci Eſaiæ XXXI. 9. * XXXIII. 15. ** 1. Theſſal. V. 19.

---

* Quemadmodum *foci* nomine intelligimus in vulgari ſermone habitationem in ædibus privatis ut in proœmia illa *pro aris & focis*, ſic in domo ſacra habitationem Dei optime notat phraſis illa, qua ibi dicitur habere *ignem & focum.* Nimirum אור ad *luminaria* & lampades referetur, תנור ad *focum ſacrum altaris.* Vide JO. CLOPPENBURGIUM in ſchola ſacrificior. c. 3. §. 9. p. 29. Tom. Oper.

** Ibi Deus *ignis conſumentis & æternorum focorum.*

V. 19. * Cumque etiam multæ gentes *perpetuum* aluerint *ignem* ** nullum eſt dubium, quin ritum illum

---

nomine inſignitur. Vide quæſo ad hæc verba VITRINGAM Tom. II. Comment. in Eſaiam p. 249.

* Ad *jugem ignis in altari fomitem*, quem exſtinguere, vel ut exſtingueretur per negligentiam committere piaculum erat, videtur reſpexiſſe tanquam ad hieroglyphicum ſacrum Apoſtolus verbis illis: τὸ πνεῦμα μὴ σβέννυτε. Vide CLOPPENBURGIUM l. c. & LUNDIUM in den Jüdiſchen Heiligthümern lib. I. c. 34. p. 184. Nimirum in ſacris literis ſignificat ignis ſpiritum propheticum, qui ſpiritus inſtar ignis homines peculiari quodam modo ſanctificat ad magnum hoc opus, incendit, inflammat & ζέοντας fervidos facit Rom. XII. 11.

** Ut de *Aſſyriis* res dubia eſt, ſic conſtat *Perſas*, *Phœnices*, *Cappadoces*, *Trojanos* & ad horum exemplum Romanos divinitatem in igne veneratos eſſe, etſi dubium utrum Romani in cultu Veſtæ ignem reſpexerint cœleſtem an terreſtrem. Tantum obſervabo hanc notionem ignis ſive foci æterni apud exteros quoque obtinuiſſe uſu. STRABO lib. XV. p. 504. *in his* (ſeptis, quæ πυραθεῖα dicebantur) *mediis eſt ara, in qua* πολλήτε σποδὸς καὶ πῦρ ἄσβεστον φυλάττουσιν οἱ Μάγοι, *multam cineris & ignem æternum ſervant Magi.* CURTIUS lib. *III.* c. 3. *ignis, quem ipſi ſacrum &* æternum *vocabant*, *argenteis altaribus præferebatur*. AMMIANUS de Magis lib. *XXIII.* cap. 6. *feruntque, ſi juſtum & credi, etiam ignem cœlitus lapſum apud ſe* ſempiternis foculis *cuſtodiri*. Poëta de *Veſta*, ſive *igne ſacro* abducto ab Aenea Aeneid. lib. II. v. 297. *Aeternumque adytis effert penetralibus ignem.* Vide plura de hoc *igne ſacro* eoque *æterno* gentium apud CAMP. VITRINGAM

illum ab Hebræis acceperint. * Sed pergendum cum HECATÆO noſtro, qui etiam λυχνέχῳ ſacro φῶς ἄσβεστον tribuit, ſed ita ut, etiamſi HECATÆI ſatis dignum hac in re teſtimonium videatur EDUARDO BERNARDO in notis ad JOSEPHI Antiquit. lib. III. c. 8. §. 3. p. 159. nihilo ſecius tamen, tum de re ipſa, tum de HECATÆI fide magnæ exſiſtant virorum eruditorum contentiones. Solum *uſum lychnuchi nocturnum* tradit RELANDUS in Antiquitatibus S. vete-

Tom. II. Comment. in Eſaiam p. 249. JUSTUM LIPSIUM in Syntagmate de Veſta & Veſtalibus Tom. *III.* Oper. p. 1069. & *V.* antiquit. Romanar. Grævii p. 619. CONR. SAM. SCHURZFLEISCHIUM in diſſertatione de cultu ignis apud omnes gentes, nationesque recepto. P. D. HUETIUM in demonſtrat. Evang. Propoſ. *IV.* c. 5. p. 77. & Tomum noſtrum *I.* Opuſculor. ſacror. p. 420. Quando autem THOMAS HYDE cultum ignis apud Perſas, quem in Πυρείοις ſuis ſervarunt & ſtudioſiſſime coluerunt veri emblematis Solis, cum cura ignis a Judæis in altari holocauſti conſervandi comparat, graviter errat, uti recte monet VITRINGA Tom. *II.* Comment. in Eſaiam p. 496.

* Ex hoc perpetuo, eoque ſacro Hebræorum igne gentium πρυτανεῖα & πυραθεῖα nata eſſe, præter HUETIUM l. c. recte judicat JOANNES FILESACUS lib. *II.* Selectorum in diſſertatione de cerimoniis §. 10. p. 177. Idem ibidem affirmat gentes perpetuam in lychnuchis ſacris lucem (vide EZECH. SPANHEMII diatribam de Veſta & Prytanibus Græcorum) ex Sacris Hebræorum repetere voluiſſe.

veterum Hebræor. delineatis P.I. c. 5. p. 33. En ejus verba : *Ardebant lychni ſeptem hujus lychnuchi* תמיד *ſemper coram facie Dei id eſt ſingulis noctibus a veſpera usque ad mane* מערב עד הבקר Exodi XXVII. 21. Levit. XXIV. 3. *quare accendebantur* בערב 2. Chronic. XIII. 11. *aut* בער בים *inter duas veſperas* Exodi XXX. 8. *ſed mane ſacerdotum munus non erat* להעלות אתהנרות *accendere lucernas (id erat munus veſpertinum) ſed concinnare* להיטיב *id eſt ſordes tollere &c. Quando exſtinguebantur lychni* 1. Sam. III. 3. *qui duo actus diſtincti reſpectu temporis etiam nominibus his diſtinguuntur* Exodi XXX. 7. 8. *quod fieri debuiſſe non videtur, ſi quidem idem fuiſſet veſpertinum, idem matutinum lychnos ſcilicet accendendi officium. Quod ſi ſtante templo ſecundo Judæi etiam interdiu lychnos hos ſive omnes, ſive aliquos lucere voluerint, ut ignis eſſet ἀθάνατος in templo (quo* DIODORI SICULI *&* JOSEPHI *teſtimonia nos ducere videntur) non tamen vel jusſiſſe hoc Deum vel in tabernaculo hunc morem obſervatum fuiſſe arbitramur.* Audiamus etiam JO. BIERMANNUM in Moſe & Chriſto lib. II. c. 6. p. 432. cum enim is quæreret, noctune ſolum an interdiu quoque lychnuchus facer arſerit, reſpondet in hunc modum : *Etliche meinen daß die Lampen niemahls ſeyen ausgelöſchet worden. Sie meinen ſolches aus* JOSEPHO lib. III. antiqv. c. 9. *zu beweiſen : allwo er erzehlet, daß allezeit drey aus den ſieben Lampen des Tages geſchienen : derſelbigen Meynung ſind*

auch

auch geweſen HECATÆUS ABDERITES *in* EUSEBII *Præparat.* PHILO, CAJETANUS, LIPOMANNUS *und andere ohne Zahl. Daß aber die Lampen allein des Abends angezündet worden und allein die gantze Nacht bis an den Morgen gebrannt haben, wird uns überall in den Schrifften des alten Teſtaments ſo klar gezeiget, daß deswegen niemand einiger Zweiffel kan übrig bleiben. Betrachtet nur dieſe Schrifft-Orte: Exod.* XXVII. 21. XXX. 7. 8. Levit. XXIV. 3. 1. *Sam.* III. 3. 2. *Chronic.* XIII. 11. WITSIUS quoque * ſolum noctu lychnuchi ſacri uſum tuetur, in eoque myſterium quærit, JACOBUS autem SAURINUS Tom. II. p. 236. quæ in utramque partem dici poterant in hac controverſia, in medium affert, ſed ita ut neutrius partis ſcriptoribus calculum ſuum adjiciat. Haut pigeat ejusdem verba hic repetere: *La Principale queſtion qui s'agite ici parmi les*

* De Tabernaculi Levitici myſteriis §. 44. p. 421. hunc in modum diſſerit: *candelabrum* ſub veſperam *accendebatur. Sub veſperam mundi lux oritura erat lucidior Jerem.* XXX. 24. *Dan.* XII. 4. Noctu *ſolum lucebat*, mane *extinguebatur. Quo ſignificari videtur* I. *Quamdiu typici iſtius candelabri uſus obtinebat, noctem adbuc eſſe, nondum adveniſſe diem promiſſum. Uſque ad Chriſtum nox erat, non gentilibus ſolum, ſed & Judæis: ea cum adventu Chriſti præteriit Rom.* XIII. 12. *Exorta luce, extinguendum illud candelabrum erat, omnisque Leviticus cultus debebat ceſſare.* II. *Omnem eccleſiæ illuminationem per miniſterium verbi adſtrictam eſſe hujus vitæ ſtatui, ceſſaturam cum exortu luminis gloriæ. Utroque modo intelligi poteſt Petri illud* 2. *Petri* I. 19.

les Savans, c'eſt ſi les Lampes brûloient la nuit ſeulement, ou ſi elles brûloient auſſi durant le jour. Et à quelque parti qu'on ſe range on eſt appuyé ſur des raiſons aparentes, & ſur des Auteurs renommez. D'un côté l'ordre de Dieu, qui portoit que les Lampes fuſſent continuellement *allumées Exod.* XXVII. 20. *Levit.* XXIV. 2. *la diſpoſition du Lieu Saint, qui ſemble avoir été fort obſcur, le témoignage de* JOSEPHE * *celui de* LEVI de BARCELONE ** *celui de* HECATEE *** *raporté dans* EUSEBE & *celui d'un grand nombre d'Interpretes modernes, tout cela ſemble prouver que les Lampes du Lieu Saint brûloient pendant le jour & pendant la nuit. Il eſt vrai que les Auteurs que nous citons ne conviennent pas entr'eux ſi toutes les Lampes étoient toûjours allumées, ou s'il n'y en avoit qu'une partie: mais ils ſe réuniſſent ſur ce point qu'il y en avoit toûjours quelcune,* JOSEPHE † *en compte trois qui donnoient leur lumière au Lieu ſaint: ſans quoi les Sacrificateurs n'auroient pû vaquer à leur Miniſtére. Voici pourtant quelques raiſons pour l'opinion contraire.* I. *Le Lieu Saint étoit expoſé à l'Orient, & il ſemble que Dieu n'avoit marqué cette expoſition, qu'afin que les premiers rayons du*

* Antiq. lib. III. c. 10.

** Præcept. 98. fol. 41. p. 2.

*** Præparat. lib. IX. c. 4. p. 408. Vide quoque RICHARDSONI obſervations upon the Old Teſtament ad Exod. XXVII. 20. p. 16.

† Antiquit. lib. III. c. 10.

du Soleil y répandiſſent leur éclat. II. *Le commandement de faire brûler les Lampes* continuellement *peut ſignifier* toutes les nuits *ſans y comprendre le Jour.* III. *Le mot Hébreu, qu'on a traiduit* brûler, *ſignifie faire monter, ou* arranger, *& peut-être que l'ordre de Dieu portoit, non que les Lampes fuſſent continuellement allumées, mais qu'elles fuſſent toûjours en bon ordre: c'eſt ce qui eſt ordonné expreſſément au chapitre* XXIV. *du Lévitique* v. 4. IV. *Il eſt parlé dans le premier Livre de Samuel* III. 3. *du temps au quelles Lampes* étoient éteintes, *& il ſemble que ce paſſage prouve du moins qu'on en éteignoit une partie, ou qu'on la laiſſoit éteindre lorsque la nuit étoit paſſée. J'avouë ingénument que je n'ai pas la faculté de me déterminer parmi tant de probabilitez oppoſées, & je range cette queſtion parmi celles où il eſt de la ſageſſe de ſuſpendre ſon jugement.* Quod ad JAC. BONFRERIUM ad Exodi XXVII. 21. & JO. LUNDIUM in den Jüdiſchen Heiligthümern lib. I. c. 23. p. 117. attinet, utrique JOSEPHO ſubſcribunt, ita tamen ut LUNDIUS perpetui luminis in *lychnucho tabernaculi Moſaici* uſum affirmet, in *lychnucho templi*, quia id ipſum *feneſtras* habuerit, neget. Nuper admodum Vir Clariſſimus JO. GOTHOFR. LAKEMACHERUS P. II. Obſervationum Philologicar. p. 168. eandem controverſiam diſceptare ſuſtinuit multa afferens argumenta, unde HECATÆI noſtri fidem magis magisque confirmare licebit. Primo negat in templo feneſtras fuiſſe, quæ lucem diur-

nam

nam ad conclavia ſacra transmitterent.* Deinde ad

* *Candelabri uſus*, inquit WITSIUS lib. I. Aegyptiacorum cap. IX. §. 5. p. 48. *ad illuſtrandum tabernaculum neceſſarius videtur : Neque enim de feneſtris legimus.* De Sancto, uti & de Sancto Sanctorum quæri ſolet in templo itidem, quomodo lux diurna in hæc penetraverit loca. Sunt, qui feneſtras hic collocandas in parietibus eſſe exiſtiment, & quidem τοξικάς, quod inſtar ſagittarum anguſtum in ædes lumen immittant & intrinſecus dilatentur, uti loquitur HIERONYMUS ad Ezech. XL. p. 985. Et facit pro iis quod חלוני *feneſtras* ædi ſacræ feciſſe dicatur Salomo 1. Reg. VI. 4. Verum fecerit ædi *feneſtras*, non inde efficitur, in parietibus Sancti aut Sancti Sanctorum fuiſſe: potuerunt enim in fronte Pronai locari. Verum per חלוני *feneſtræ* proprie dictæ non ſemper indicantur (late enim hæc vox patet) & in his ipſis verbis eas non intelligendas eſſe, colligitur ex iis, quæ adduntur שקופים אטמים *clauſorum proſpectuum*, quæ verba uſum proſpiciendi feneſtris illis adimere videntur. Sic, ut cavitatibus quadratis, feneſtrarum ad inſtar, murum ornaſſe credi poſſit. Adde, tres contignationes conclavium ædem ſacram proxime cingentium his feneſtris nimium obeſſe, de quibus 1. Reg. VI. 5. & tenebras Majeſtati numinis, quod ſe in iis habitaturum dixerat, & œconomiæ illorum locorum optime convenire, vide Exodi XIII. 22. 19. XIX. 16. 1. Reg. VIII. 11. atque ita majorem inter templum & tabernaculum convenientiam exſiſtere. Nec eſt, quod quis in tenebris dicat cultum ſacrum peragi non potuiſſe. Eodem enim modo ille in templo peragi potuit ac in tabernaculo, in quo feneſtræ nullæ fuerunt. Hæc RELANDUS in Antiquitatib. S. veter. Hebræor. delineatis P. I. c. 7. §. 10. p. 68. ſed de tota hac contro-

ad verba Exodi XXX. 8. ubi Aaron בין הערבים *inter duas veſperas* accendere lucernas dicitur, reſpondet, oſtendendum prius eſſe, quod verba illa de omnibus candelabri lucernis ſint intelligenda. Tum JOSEPHUM adducit, qui antiq. Jud. III. c. 8. p. 161. teſtatur interdiu tres, noctu vero lychnos candelabri ſingulos illuminaſſe. * Ex hiſce autem cum appareat, tum obſcuritatem tum lucernam recte poſſe parti templi ſacratiori tribui, reſtare videbatur, ut ex illo perpetuo lych-

verſia plura diximus Tomo noſtro I. der Erörterung der dunckelſten Schrifftſtellen des Alten Teſtam. p. 18. hic non repetenda.

* En verba JOSEPHI : δὶς τῆς ἡμέρας πρίντε ἀναχεῖν τὸν ἥλιον, καὶ πρὸς δυσμαῖς θυμᾶν ἔχρῆν· ἔλαιόν τε ἀγνίσαντας φυλάσσειν εἰς τοὺς λύχνους· ὧν τοὺς μὲν τρεῖς ἐπὶ τῇ ἱερᾷ λυχνίᾳ φέγγειν ἔδει τῷ θεῷ κατὰ πᾶσαν ἡμέραν. Τοὺς δὲ λοιποὺς περὶ ἑσπέραν ἅπτοντας, *opportebat bis per diem ſuffitum fieri ante ortum & circa occaſum ſolis : & oleum purificatum ad lucernas ſervari, quarum tres in ſacro candelabro per totum diem Deo lucebant, reliquæ ſub veſperam accendebantur.* Ad quæ verba in editione HAVERCAMPII hæc obſervat RELANDUS : *In Siphra in antiquiſſimo in Leviticum commentario & in Talmude plus uno loco traditur noctu ſeptem lychnuchos arſiſſe, interdiu unum, e quo videlicet accendebantur circa veſperam reliqui ſex lychni. Nec memini me ullum legere ſcriptorem Judaicum, qui tres interdiu lychnos arſiſſe affirmet.* Sed in hujusmodi rebus plus valet JOSEPHUS quam Talmudicorum auctoritas, uti judicat l. c. LAKEMACHERUS.

lychnuchi ſacri lumine verba 2. Petr. I. 19. inſignem lucem acciperent : *ᾧ καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες, ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ ἕως ὗ ἡμέρα διαυγάσῃ, καὶ φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν*, *cui* (ſermoni prophetico) *bene facitis, ſi attendatis tanquam lychno lucenti in caliginoſo loco, donec dies illuceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris.* Nimirum voce *λύχνȣ* * non tam lucernam aliquam vulgarem quam templi candelabrum ſæpius memoratum deſignat Apoſtolus, quemadmodum idem per *αὐχμηρὸν τόπον* non locum obſcurum quemvis ſed ſacrum illum intelligit. Solenne autem hoc novi fœderis ſcriptoribus eſt, ut ad loca, perſonas, resque Judæorum ſacras quasvis oblata occaſione alludant, &, cum comparationem rerum ſpiritualium cum vaſis inſtituunt, quæ non ſolum in ædibus privatis, verum etiam in templo reperta fuere, majoris dignitatis cauſa ad ſuppellectilem potius ſacram, quam ad profanam oculos intendant. Hinc candelabrum templi elegantiſſimam

* Vox *λυχνία* eſt multo frequentior tum in Bibliis Græcis, tum apud JOSEPHUM. Interim *λύχνον ἀθάνατον λεγόμενον παρὰ Ιȣδαίοις* hunc appellat *lychnuchum* DIODORUS SICULUS lib. 34. ſive potius in ejusdem libri Eclogis apud PHOTIUM codice GCXLIV. p. 1151. niſi forte negabis DIODORUM *λύχνȣ* nomine *totum lychnuchum* innuere, & ſolum hac voce indicari *unum lychnuchum* מערבי dictum, qui *ad veſperam usque* ardebat. Vide RELANDUM de ſpoliis templi Hieroſolymitani p. 19.

tiſſimam ſemper legis, oraculorumque divinorum a Moſe & prophetis traditorum ſcriptoribus Judaicis præbuit imaginem. Proverbiorum auctor VI. 23. *præceptum Dei lucerna eſt, lex lucis inſtar*: quibus verbis egregiam legis divinæ utilitatem, fecilitatemque ex præceptis Dei accurate obſervatis in homines redundantem commendantibus, ad lychnum templi, (qui diſerte נר אלהים ὁ λύχνος τοῦ θεοῦ vocatur 1. Sam. III. 3.) lucemque inde ſparſam alludi, interpretes jam tum alii monuere. Porro ad idem candelabrum ſacrum Pſalmi CXIX. 105. reſpicitur, cum verbum Dei lucernæ inſtar prædicatur: *verbum tuum pedi meo lucerna eſt, & lux ſemitæ meæ.* Et Apocalypſeos ſcriptor I. 12. 20. ſeptem eccleſias Aſiaticas repræſentaturus, eleganter illas ſub imagine ſeptem lychnorum ejusdem candelabri exprimit, ut nunc alios ejusdem Scriptoris locos taceam.* Sæpius etiam ibi, ubi pauci quærant, ad lychnuchum iſtum alluſio patet, ut Eſaiæ XLII. 2. *calamum quaſſatum non franget, & linum fumigans non exſtinguet*, quaſi Propheta monente JO. HENR. MAJO Obſervat. Sacrar. lib. II. p. 24. in dicendo habeat rationem rami cujusdam ** & ellych-

* Trahit huc inprimis verba Apo. c XXI. 23. VILLALPANDUS apud JO. LUNDIUM in den Jüdiſchen Heiligthümern lib. II. c. 6. p. 261.

** Vide de loco integro *Eſaiæ* Tomum noſtrum I. der Erörterung der dunckelſten Schriftſtellen des Alten

ellychnii in illo candelabro. Ad eundem igitur morem Petrus prophetarum de Chriſto prædictiones cum pretioſo illo & grandioris ſtaturæ lychno comparat, qui lumine ſuo conclavis ſancti caliginem tolleret. Illæ ſcilicet vera animorum, quos ipſos etiam ſedem Deo æque ac templum præbere Paulus monet 1. Corinth. III. 16. VI. 19. 2. Corinth. VI. 16. erant lumina tenebras ignorantiæ vel dubitationis de religione Chriſtiana & de perſona Meſſiæ depellentia. Quæ ſequuntur apud Petrum verba: *ἕως ȣ ἡμέρα διαυγάσῃ καὶ φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, donec dies illuceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris*, itidem lucem ex ritibus circa candelabrum templi obſervatis accipiunt. Nempe moris erat, ut quovis mane ante ſolis ortum ſacerdotum aliquis in locum quendam templi editum, ac fortaſſis in pronaon, ſive partem ædis ſacræ anteriorem turri quadratæ haut diſſimilem adſcenderet, auroræ obſervandæ cauſa, atque hac animadverſa illico exclamaret ברקאי *barkai* illuceſcit. Vide codicem Talmud. Tamid. c. 3. §. 3. Hac voce audita, cum ſacerdotes ad ejus diei miniſterium deſignati functiones ſuas ſtatim auſpicarentur, inter hos quoque aderat, qui lychnuchum concinnaret, hoc eſt partem ellychnii exuſtam inſtrumento quodam decerperet, ſordesque, quæ per noctem illam in candelabro

Teſtam. p. 1006. & Tomum I. Bibliothecæ noſtræ Antiquariæ & Exegeticæ p. 786.

labro forte extiterant, removeret, lychnos quatuor exſtingueret, tribus vero reliquis lumen ſuum per diem quoque ſervaturis, novum oleum affunderet. Dici igitur de lychnucho poterat, *quod luceret, donec dies illuceſceret & aurora prorumperet.* Simili modo Prophetarum vaticinia lucebant, donec ſol oriretur, hoc eſt, vim quandam inſignem in eorum, qui de Chriſti rebus dubitarent, animis exſerebant, aut exſerere ſaltem poterant, donec fulgentior evangelii lux omni ignorantiæ, erroris aut dubitationis nocti finem imponeret.

ἄγαλμα δὲ ἐκ ἔςιν.] Ἀγάλματα contra quam POMPONIO GAURICO in libro de ſculptura ſive ſtatuaria c. XI. p. 83. aliisque videtur, ſunt itidem informia ſimulacra, in quibus nihil artis conſpiciebatur. Vide JO. POTTERUM in Archæologia Græca lib. II. c. 2. p. 206. Tom. XII. theſauri Antiquit. Græcar. GRONOVII, & quæ hanc in rem obſervavimus Tomo noſtro I. Bibliothecæ Antiquariæ & Exegeticæ p. 1149. Cumque ſeculi uſus & opinio ſimulacrum aliquod templo nunquam non conjunxerint, HECATÆUS noſter, STRABO, TACITUS, DION NICÆUS in Pompejo aliique e Paganorum grege hoc de Judæis tanquam rem rari exempli retulerunt (vide HECATÆI noſtri teſtimonium inprimis laudatum a BOCHARTO Hieroz. P. I. lib. II. c. 18. p. 224. & SPENCERO lib. III. diſſertat. V. c. 6. p. 1148.) quod nullum in templo ſuo

ſimulacrum tolerarint. Quænam autem mens veterum Hebræorum de imaginibus fuerit, nunc quidem paulo diſtinctius diſquiremus operæ utique facturi pretium, cum ante nos viri longe doctiſſimi in eadem re toti induſtriam, ingeniumque probare voluerint. Vide ALDRICHIUM * THEO-

* Verba ejus hæc ſunt in notis ad JOSEPHUM de bello Judaico p. 139. Tom. II. Oper. Joſephi: *præceptum Decalogi ſecundum non vetat* μηδενὸς εἰκόνα ζώȣ μὴ ποιεῖν, *ſed* μὴ ποιήσαντα προσκυνεῖν. *Et communis Hebræorum ſententia* imagines *etiam* humanas tolerabat, *modo abeſſet ſuſpicio & periculum* cultus extranei. *Phariſaica, quæ erat ſeverior diſciplina ad cautelam abundantem*, animati *cujuscunque* imaginem *fieri vetuit, ſed permiſit res inanimatas & animalium monſtra depingi, totumque picturæ genus, quam* Grotteſcam *Itali appellant, apud Judæos omnes in uſu & pretio ſemper erat. Vide* Ant. lib. 3. c. 5. §. 5. collat. cum Levit. XXVI. 1. Hebr. antiq. l. 15. c. 2. §. 6. & l. 19. c. 8. §. 2. PHILONEM περὶ γιγ. p. 196. IS. VOSSIUM ad *Catullum* p. 195 - 201. *ſed memineris una conſulere* PLIN. XXXVII. 2. Ant. 24. c. 3. *& belli* I. c. 7. Idem ALDRICHIUS pergit p. 167. *in* hunc modum differere: *ſupra diximus Judæos ab imaginibus etiam humanis non abhorruiſſe, niſi quando ſubeſſet periculum vel ſuſpicio* cultus extranei (*tum enim ne nudos quidem lapides tolerabant, ut conſtat ex Joſ.* XXII. 10. 34.) *Quare in ipſa Davidis domo erat ſtatua, quam Michol in lecto collocarat Ariſtobulus & Mariamne ſuſtinuere depingi, in Agrippæ palatio filiarum ejus ſtatuæ ſunt collocatæ*, ipſis in nummis *cuſus etiamnum cernitur Quin & imaginem Cæſaris Judæi cum ejusdem inſcriptione* in nummo *libentiſſime acceperunt, ſed nec imaginem in ſignis nec inſcriptionem in*

THEODOR. HASÆUM in Diatriba de Ὀνολατρεία ſive calumnia cultus aſinini a gentibus olim Judæis & Chriſtianis impacta c. 2. §. 2. p. 22. & in diſſertationis Hiſtorico-Theologicæ de Monimento Paneadenſi Parte I. p. 24. JO. BENED. CARPZOVIUM in ſchediaſmate ad nummos cornutum Moſen exhibentes cap. II. p. 13. JO. HENR. HOTTINGERUM in Jure Ebr. leg. 29. p. 41. & L. 39. p. 51. JO. MARSHAMUM in Canone Chron. ſec. IX. p. 164. JO. SPENCERUM lib. III. diſſert. V. cap. 7. ſect. 1. p. 1153. JO. OWENUM in theologumenis p. 319. MICH. LIEBENTANTZ in diſſertatione de facie Moſis cornuta c. 2. §. 2. EZECH. SPANHEMIUM * DIONY-

clypeis Pilati: nam religio caſtrenſis Romanorum trophæa & ſigna venerabatur. Hæc ex ſententia communi, nam ſeverior erat diſciplina Phariſaica, *uti monuimus. Quæ jam dicta ſunt ſequentibus teſtimoniis confirmantur*, 2. Sam. XIX. 13. Hebr. ant. XV. 2. XIX. 7. EZECH. SPANHEMII diſſert. p. 443. Matth. XXII. 20. Ant. XVIII. 4. PHILON. περὶ πρεσβ. p. 217. TERTULL. Apol. c. 16.

* *Juxta Hebræos*, inquit in notis Tom. II. Oper. JOSEPHI p. 139. imagines *quædam* toleratæ, *modo abeſſet* earum cultus. *Vide Levit.* XXVI. 1. PHILON. περὶ γιγ. p. 196. *&* ἀρχ. *lib.* 15. c. 8. §. 2. *&* c. 9. §. 5. *Nefas enim Judæis* imagines more Græcorum colere, *non imagines erigere; at* animantium effigies conſecrare vetitum *Judæis. Prohibet autem* lex imaginum elevationes *vel animalium* expoſitiones *conſtituere. Vid. de animalium effigie ad cultum pro-*

DIONYSIUM VOSSIUM in notis ad MAIMONIDEM p. 50. HERM. WITSIUM in Ægyptiacis lib. II. c. 10. §. 11. p. 130. JO. SELDENUM de Jure Naturæ & Gent. lib. II. c. 6. * JAC. TRIGLANDUM de ſecta Karæorum c. 10. p. 177. ADRIANUM RELANDUM de ſpoliis templi Hieroſolymitani p. 61. Nobis in præſenti placet ſententiam noſtram exprimere verbis HERM. CONRINGII in Paradoxis de nummis Hebræorum cap. V. p. 29. *obſervandum eſt*, inquit, *ſaltem ab Haſmonæorum usque ætate fuiſſe olim usque ad excidium gentis perſuaſum Iſraëlitis*, imagines vivorum animantium, *cumprimis vero hominis conficere lege Decalogi divina eſſe prohibitum. Non diſputabo jam, bene an ſecus ita viſum fuerit, factum autem id eſſe, haud difficile probatu eſt ex* PHILONE *pariter &* JOSEPHO, *quos conſtat paulo poſt Salvatorem noſtrum & vixiſſe & morum doctrinæque tunc receptæ gentis ſuæ fuiſſe utique peritiſſimos. Simpliciter ſane loquitur* PHILO *libro de Gigantibus :* ὁ Μώσης τὰς δοκίμας καὶ γλαφυρὰς τέχνας ζωγραφίαν καὶ ἀνδριαντοποιΐαν ἐκ τῆς κατ' αὐτὸν πολιτείας ἐξήλασε, Moſes

bibita ἀρχ. lib. 3. c. 4. §. 5. & lib. 18. c. 4. §. 1. ubi ſigna cum effigie Tiberii Hieroſolymæ introducta a Pilato præter Judæorum legem. Confer lib. 18. ἀρχ. cap. 6. §. 3.

* Habet multa SELDENUS de *imaginum apud Judæos uſu*, quæ rigidum examen forte non ferant. Ita judicat CONRINGIUS in Paradoxis de nummis Hebræor. c. 5. p. 34.

Moſes illas ſpecioſas & magni pretii artes picturam & ſtatuariam ex ſua republica ſecluſit. *Idem libro de legatione diſerte ait :* γραφικὴ καὶ πλαστικὴ βλαβεραὶ δημιεργοὶ, pictura & plaſtice noxiæ artifices. *Laudat, fateor quidem, pingendi artem etiam* PHILO *in libro de ſomniis, ſed non laudat ejus uſum in gente ſua, minime ad* imagines animantium *aut* hominis. FLAVIUS *porro* JOSEPHUS lib. XVIII. c. 4. ἀρχαιολογίας *narrat, qui ante Pilatum fuerant Præſides ſolitos Hieroſolymis uti ſignis militaribus non habentibus Cæſarum imagines, a Pilato autem clypeos Cæſarea allatos Hieroſolymam cum effigie Cæſaris,* ἐπὶ καταλύσει τῶν νόμων Ιεδαϊκῶν, item εἰκόνων ποίησιν ἀπογορεύοντ۞ ἡμῖν τῦ νόμυ, lege nobis prohibente confectionem imaginum. *Addit vero tumultuantem populum non quieviſſe, niſi clypeis iſtis Cæſaream reductis. Idem* JOSEPHUS *narrat, Vitellio per Judæam contra Arabes exercitum ducturo cum imaginibus ſignorum occurriſſe populum id deprecantem,* ὐ γὰρ αὐτοῖς εἶναι πάτριον περιορᾶν εἰκόνας εἰς αὐτὴν φερομένας, non enim eſſe patriæ moribus conſuetum videre illatas in illam imagines. *Eodem teſte cum Herodes Rex Antipatri filius trophæa erexiſſet, & imagines humanas iis occultari populus crederet, exclamavit,* μὴ φέρειν εἰκόνας ἀνθρώπων ἐν τῇ πόλει, non permiſſuros ſe imagines hominum in urbe. *Idem* JOSEPHUS *in hiſtoria vitæ ſuæ refert, miſſum ſeſe a populo Hieroſolymitano ad Tiberienſes, dirutum ab Herode*

 Tetrar-

Tetrarcha exſtructum ibi domum, ζώων μορφὰς ἔχοντα, τῶν νόμων ὅτως ἀπηγορευόντων, animalium imagines habentem, cum leges tale quid conſtruere vetaverint. *A* JOSEPHO *ipſomet animalium figuras* ἁπλῶς *lege vetitas*, *creditum eſſe manifeſtum eſt ex hiſce verbis quæ de Salomone proferuntur lib.* VIII. c. 1. ἀρχαιολογίας: ἁμαρτεῖν αὐτὸν ἔτυχε καὶ σφαλῆναι περὶ τὴν φυλακὴν τῶν νομίμων ὅτι τῶν χαλκῶν βοῶν ὁμοιόματα κατεσκεύαζε τῷ ὑπὸ τῇ θαλάττῃ αναθήματι καὶ τῶν λεόντων περὶ τὸν θρόνου τὸν ἴδιαν, peccare illum contigit, & diſcedere a præſcripto legum, dum æneorum boum ſimulacra conſtruxit in baſin maris, nec enim talia conficere fas eſt. *Quæ verba* * *liquido teſtantur*, *illam quæ toti tum genti Iſraëliticæ ſaltem in Palæſtina & Aegypto fuit communis perſuaſio*, *etiam* JOSEPHO *fuiſſe probatam. Nec vero eſt quod ſuſpicemur* PHILONI & JOSEPHO *aut aliis paucis tunc viſum eſſe. Vetant ſane ejuſmodi quid ſuſpicari ſaltem narrationis* JOSEPHI *paulo ante*

* Audiamus RELANDUM de ſpoliis templi Hieroſ. p. 64. *Ego quidem hic cum Joſepho non facio: nec enim videtur Deus, ſi Salomon imagines boum contra Dei legem in atrio templi locaſſet, hanc ædem ſibi ut gratam ſedem agniturus fuiſſe & probaturus operam a Salomone in ea conſtituenda atque ordinanda poſitam*, *Vide* 1. *Reg.* VIII. 10. & IX. 3. *adde* 2. *Chron.* VII. 1. *ſed licet erraverit hac* *re* JOSEPHUS, *diſcimus tamen quam alieno fuerint Judæi*, *qui ſtante templo ſecundo vixerunt*, *ab idololatria animo*, *quippe qui ſine offenſa numinis imagines boum in atrio conſtitui non poſſe crederent.*

ante adducta, *& ex adverſo luculenter hæ oſtendunt, placuiſſe illam ſententiam tunc toti populo. Quin imo non obſcure eandem ſecutus eſt ipſemet* ORIGENES, *haud dubie quod illam a Judæis accepiſſet, ita enim ille loquitur* lib. IV. *contra Celſum in Latina verſione* HOESCHELII: apud Iſraëlitas nemo qui imagines faceret, locum habuit; nam in eorum civitatem nullus admittebatur pictor, nullus ſtatuarius, lege totum hoc genus arcente. *Verum enim vero illam legis interpretationem non equidem ipſe probo, mihi autem nunc ſatis eſt oſtendiſſe, eam* PHILONIS *ſaltem &* JOSEPHI *tempeſtate populo in Palæſtina fuiſſe perſuaſam. Sed & ita tunc docuiſſe* Phariſæos *aliosque* Legis doctores *argumento eſt communis ſententia & Phariſaiſmi* ὑπόκρισις. *Ne quid nunc dicam, quod ipſe* JOSEPHUS Phariſæorum hæreſi *fuerit addictus & proinde ſimul eorum legis interpretationibus quamvis minus probis. Jam autem prævaluerunt* Phariſæorum dogmata *ſaltem in vulgo Judæorum per omne ævum Haſmonæorum imperii. Atque adeo ſaltem illa omni tempeſtate fuit apud Judæos nefas habitum* humana figura nummos ſignare. * *Num jam ante recuperatam Haſmonæorum ductu populi libertatem &* Phariſæorum *exordium rigida illa divinæ legis de* animantium *atque* hominis imaginibus *interpretatio obtinuerit, difficile definitu eſt, quia in*

 neu-

* Ejuſdem ſententiæ fuit HENR. NORISIUS, ſed confer huc quæ obſervavimus Tom I. Bibliothecæ Antiquariæ & Exegeticæ p. 1032.

neutram partem ſuppetunt, quæ hic nos inſtruant monumenta. Veriſimile autem eſt, hominum *præcipue* imagines *damnari cœpiſſe cum* Græcorum *in Judæos imperio, atque adeo & utriusque populi conſortio, quoniam nempe* Græci Diis ſuis humanas figuras *tribuerunt, quos* Romani *ſunt imitati, qui mos nec* Perſis, *nec* Chaldæis, *nec* Palæſtinæ vicinis Syris *fuit in uſu, ſed* animantium imagines *deteſtari populum cœpiſſe jam ante, quo alienos ſeſe redderent a* Syriæ & Aegypti idololatria. * *Cæterum & Salomonem violaſſe divinum de*

* Argumento fit unum illud Moſis interdictum Deuter. IV. 16. *Ne faciatis vobis ſculptile, ſimilitudine maſculi aut fœminæ*, nam boves utriusque ſexus ſacri, mares Oſiridi, fœminæ Iſidi, *ſimilitudinem cujuscunque animalis, quod eſt in terra*; omnis enim Aegyptus bovem, canem, felem colunt, Thebani & Saitæ ovem, Lycopolitæ lupum, Leontopolitæ leonem, capram & hircum Mendeſii, Ichneumonem Heracleotæ, Cebum Babylonii juxta Memphim, *ſimilitudinem cujuscunque avis pennatæ*, omnis Aegyptus accipitrem & ibin colunt, Thebani aquilam, *aut ſimilitudinem cujuscunque reptantis ſuper terram*, circa Thebas ſerpentes ſunt Jovi ſacri, Κνήφ ſerpens divinus accipitris caput habet, *aut ſimilitudinem alicujus piſcis, qui eſt in aquis ſub terra*, omnis Aegyptus lepidotum piſcem & oxyrrhynchum veneratur; Latum Latopolitæ: eſt etiam anguilla piſcis ſacer. Ex amphibiis crocodilum urbs crocodilorum, & qui circa Thebas & Mœridis lacum; Hippopotamum Papremitani colunt. Quod autem ſubjungit Moſes liquido demonſtrat interdictum hoc de quadruplici animalium genere ſuperſtitionem Aegyptiacam reſpexiſſe. *Vos*, inquit v. 20. *aſſumſit Dominus atque eduxit vos de fornace ferrea* (id eſt ſervi-

de imaginibus præceptum, bobus æneis mari portando in templo locatis ut & leonum ſimulacris in ſplendorem regiæ ſedi additis, quod JOSEPHO *viſum, id vero eſt* nimis Phariſaicum : *non enim in ipſo templo Deus aut ejus ſacerdotes fuiſſent paſſi, divinæ legi cum populi ſcandalo recta Salomonem adverſari: certe Deus non probaſſet illam ædem certisſimis divinæ ſuæ inhabitationis indiciis. Nolo quidquam addere* de Cherubeis *ipſam arcam fœderis loco omnium ſanctisſimo, alis ſuis obumbrantibus. Etſi enim Talmudici eorum alteri maſculi alteri fæminæ faciem, nonnulli &* pedes biſulcos *aliaque* monſtroſa *utrique attribuant * quoniam tamen nihil tale prodidit ſacer codex*

---

tute dura) *de Aegypto, ut eſſetis ei in populum hæreditarium.* Excuſſo ſervitutis jugo, etiam excutienda ſunt Aegypti βδελύγματα. Hactenus JO. MARSHAMUS in Can. Chron. ſec. IX. p. 163.

* De *Cherubinis* eorumque *forma* vide SAM. BOCHARTUM Hieroz. P. I. lib. II. c. 41. p. 412. JO. BIERMANNUM in Moſe & Chriſto lib. II. c. 4. p. 408. JO. BUXTORFIUM in Hiſtoria arcæ fœderis. JAC. BONFRERIUM in Comment. ad Exodi XX. v. 18. p. 493. JO. CLERICUM in notis ad Exodi XXV. p. 127. LUDOV. de DIEU in Epiſtola ad D. *Guil. Boſwellum* in JOSEPHI MEDI operib. p. 7.4. SAL. DEYLINGIUM P. II. Obſervat. Sacr. p. 403. JO. MICH. DILHERRUM Tom. I. diſp. Academ. p. 126. JAC. GAFFARELLUM in Curioſitatib [illegible] auditis, HENR. HAMMONDUM in diſſert. de [illegible] §. 38. JO. LUNDIUM in den Jüdiſchen Heiligthümern lib. I. c. 4. p. 13. ſeq. JOSEPH. MEDUM in Operib. p. 707. JO. MONCÆJUM lib. I. de aureo [illegible] cap. 4. 5. 6. JO. REISKIUM in ſingu-

codex & *populo* Cherubum *conſpectus fuit negatus*, *adeoque fuerit incognitus*, *merito Talmudica iſta ceu commentitia ſunt aſpernanda*, *ſi non damnanda*. *Mihi ſane placet hac parte id quod* JOSEPHUS *ſcribit lib*. VIII. Ἀρχαιολ. cap. 2. τὰς δὲ χερεβεῖς ὀυδεὶς, ὁποῖαι τινες ἦσαν, εἰπεῖν ὀυδ᾽ εἰκάσαι δύναται, Cherubes autem nemo, quales fuerint, dicere vel imagine exprimere poteſt * *cui ſimile quid jam dixerat* lib. III. cap. 16. *procul dubio ex ſententia ſui ævi Rabbinorum*.

ὀυδὲ

lari diſſertatione de Cherubis adverſus *Gaffarellum*, ADR. RELANDUM in Antiquitatib. Sacris veter. Hebr. delineatis P. I. c. 5. §. 22. p. 44. JAC. SAURINUM Tom. II. p. 260 - 265. JO. SPENCERUM lib. III. diſſert. 5. de origine arcæ & Cherubinorum, J. B. VILLALPANDUM de poſtrema Ezechielis viſione Tom. II. P. II. cap. 35. in Ezech. cap. 41. p. 310. VISORIUM in libro cui titulis: Pſeudo-Cherubi deſtructio, CAMP. VITRINGAM lib. II. Obſervat. Sacrar. c. 1. §. 13. p. 259. & lib. IV. c. 1. 2. HERMANNUM WITSIUM in Ægyptiacis lib. II. c. 13. & Tom. I. Miſcellaneor. Sacror. lib. II. diſſert. 1. §. 58. p. 426. §. 64. p. 430. ſeq.

* Id unum conſtat, cum de *forma Cherubinorum* magna inter interpretes lis ſit, fuiſſe *animantia volucria*, at cujus *ſpeciei*, quot *alis*, quot *faciebus* prædita, & quæ *reliqui corporis forma* fuerit, altum eſt apud Moſen ſilentium. Ideoque fortasſis omnium erit optimum, *modeſtam* hic profiteri *inſcitiam*. Prudenter eos JOSEPHUS definivit, uti locis ex eo allatis judicat WITSIUS in laudata diſſertione de tabernaculi Levitici myſteriis §. 58. p. 26. ſed SPENCERUS, cum ſibi perſuaſiſſet *Cherubinorum ſpeciem* ad *formam vitulinam* proxime acceſſiſſe, de JOSEPHO addit, quod illius formæ eum puduerit,

ὐδὲ ἀνάθημα τὸ παράπαν.] Vel ex hac voce ἀνάθημα recte colligimus HECATÆUM noſtrum *verum* eſſe *fragmentorum*, quæ nunc edimus, *auctorem*. Nam ſi *Helleniſta* quidam, uti viſum eſt SCALIGERO & DALENIO, perſonatus HECATÆUS eſſet, pro ἀνάθημα dixiſſet ἀνάθεμα, quia *Helleniſta* inter ἀνάθημα & ἀνάθεμα diſtinctionem, quam tamen viri Græcarum literarum peritiſſimi prætendunt, non ſemper obſervant. Vide HERM. WITSIUM Tom. II. Miſcellan. Sacror. exercit. II. §. 5. p. 56. At dicet aliquis, BOCHARTUM, qui P. I. Hieroz. lib. II. c. 18. p. 224. hæc HECATÆI noſtri verba itidem excerpſit, ἀνάθεμα pro ἀνάθημα legere: ſed vel corrupta aliqua JOSEPHI editione uſus eſt, nam SCALIGER, SPENCERUS multique alii multo rectius apud HECATÆUM noſtrum ἀνάθημα legunt, vel quod magis crediderim, BOCHARTUS diſtinctionem illam ἀναθέματος & ἀναθήματος agnoſcere noluit, hac in re ſecutus THEODORETUM

quod ideo veram eorum figuram, quam paganos in convicii materiam converſuros norat, ſenſus incerti vocabulo diſſimulaverit, ab eaque verbis apertis deſcribenda ſcandali vitandi cauſa prudens abſtinuerit, gnarus Paganos eam non minus quam *caput aſininum* riſui & ludibrio habituros. Ceterum ad quæſtionem illam: *qui factum ſit, ut illa Cheruborum ſimulacra Deo jubente in ſanctuario ponerentur, cum præceptum ſecundum ſimulacri alicujus faciendi poteſtatem Judæis denegaret?* reſpondent JO. SPENCERUS lib. III. diſſert. 5. c. 4. ſect. 2. p. 1123. & VITRINGA lib. II. Obſervat. Sacrar. c. 1. §. 13. p. 259.

TUM & BEZAM, præpoſtero tamen, ſi quid judicamus, conſilio. Cum vero JO. SPENCERUS ad hunc præſentem HECATÆI locum reſpiciens lib. II. c. 16. ſect. 1. p. 583. putat apud eundem HECATÆUM ἀναθήματα eſſe *ſigna* vel *ſimulacra lignea altaribus affigi ſolita*, vehementer errat. Etenim Græcis ἀναθήματα dicuntur *donaria* & ornamenta Numini in templo ſuſpenſa, qualia erant *phialæ aureæ* & *argenteæ*, *tripodes*, corollæ & ſimilia. Vide GUIL. BUDÆUM in Commentariis linguæ Græcæ p. 263. CL. SALMASIUM in Exercitationib. Plinian. p. 1089. CASP. SUICERUM theſauri Eccleſ. Tom. I. p. 272. WITSIUM Tom. II. Miſcellan. Sacror. exercit. II. §. 5. p. 56. SAL. DEYLINGIUM P. II. Obſervat. Sacr. p. 380. Et palam eſt Lucæ XXI. 5. ubi de templo Hieroſolymitano λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται. Ad quam phraſin proxime accedit impii Antiochi promiſſio 2. Maccab. IX. 16. Ὃν πρότερον ἐσκύλευσεν ἅγιον νεὼν καλλίστοις ἀναθήμασι κοσμήσειν, *quod prius ſpoliaverat ſanctum templum, ſe optimus donariis ornaturum*. Nunquam igitur ἀναθήματα erunt ſigna vel ſimulacra lignea altaribus ſuſpenſa, uti SPENCERO videtur, ſed κοσμήματα *ornamenta templorum magni pretii*, decoris cauſa aut ſuſpendi aut loco quodam magis edito ad ſpectandum proponi ſolita. Cum vero in *templi primi pronao* clypei Davidis 2. Reg. XI. 10. gladius Goliathi 1. Sam. XXI. 9. * & alia ἀναθήματα credantur

* Hunc locum optime illuſtrant JAC. SAURINUS

dantur ſervata fuiſſe, vide RELANDUM in Antiquitatibus S. veterum Hebræor. delineatis P. I. c. 7. §. 1. p. 60. nullum eſt dubium quin in templo ſecundo itidem ἀναθήματα exſtiterint. Vide Zachariæ VI. 14. * Cur igitur HECATÆUS noſter dicit ſua ætate in *templo ſecundo* *ἐδὲ ἀνάθημα παράπαν* fuiſſe? Reſpondemus, anathemata HECATÆI ætate non fuiſſe tanti pretii, quanti poſt HECATÆI mortem fuerunt, cum rebus Judæorum magis magisque florentibus, gentes majoris numeri pretiique donariis templum Hieroſolymitanum exornarent. ** Adde quod

Tom. II. p. 499. JO. MICH. DILHERRUS Tom. II. diſp. Academicar. p. 438. & JO. DOUGTÆUS P. I. Analector. Sacr. excurſu 73. p. 143.

* Credunt Judæi in Pronao ſuſpenſas fuiſſe coronas duas aureas hic apud *Zachariam* memoratas (alii unam tantum fuiſſe putant) quas Antiochus in Syriam dicitur detuliſſe, volunt enim eas intelligi per *ςεφάνες καὶ τὸν κόσμον χρυσῦν τὸν κατὰ πρόσωπον τῦ ναῦ*, 1. Maccab. I. 23. ſed has coronas *κατὰ πρόσωπον τῦ ναῦ* alias fuiſſe putat RELANDUS P. I. c. 9. §. 23. p. 109. ſimiles illis, quibus 1. Maccab. IV. 57. *Chaſmonæi* ornaſſe templum leguntur.

** Varia anathemata atque ornamenta Pronai in templo ſecundo, ut menſam auream a Rege Aegypti Ptolemæo Philadelpho dedicatam, lychnuchum aureum Helenæ Reginæ Adiabenorum, commemorat RELANDUS P. I. c. 9. §. 23. p. 109. *Neque enim,* inquit idem RELANDUS de ſpoliis templi Hieroſolymitani p. 22. *vetitum fuiſſe exiſtimo a gentibus dona accipere, quæ materia & forma convenirent*

quod HECATÆUS, cum ſibi in aliis aliarum gentium templis multo præſtantiora ἀναθήματα in memoriam revocaſſet, * illa templi Hieroſolymitani ἀναθήματα nullo loco habuiſſe videtur, propter illam, quam cum aliarum gentium donariis inſtituerat collationem.

οὐδὲ φύτευμα παντελῶς οὐδὲν, οἷον ἀλσῶδες, ἤ τι τοιοῦτον.] Deuter. XVI. 21. Judic. VI. 26. 2. Chronic. XXXIII. 3. neque ullus hortus. Nam & in fine Jeſaiæ LXVI. 17. exprobratur Hebræis, quod in Opiſthonais idolorum horti eſſent, in quorum medio februabantur. Ceterum in templo quidem interdictæ, ſed in proſeuchis ſerebantur arbores. PHILO in legatione: τῶν προσευχῶν μὲν ἐδενδροτόμησαν, τὰς δὲ αὐτοῖς θεμελίοις κατέσκαψαν. Inde in veteri inſcriptione P. CORFIDIO. SIGNINO. POMARIO. A. PROSEUCHA. Imo nullæ videntur fuiſſe Pro-

cum rebus ſacris, modo ne ad uſum adhiberentur. Confer quæ hanc quoque in rem obſervat JAC. BASNAGIUS dans l'Hiſtoire des Juifs lib. VI. c. 19. p. 415.

* Ita EUSEBIUS Præpar. Evang. lib. X. c. 4. Aegyptiorum, Phœnicum & Græcorum ante tempora Trojana florentium morem referens, commemorat νεώς τε περικαλλεῖς παντοίοις ἀγάλμασι καὶ ἀναθήμασι κεκοσμημένους παρὰ τοῖς πᾶσιν, *templa magnifica omnique ſignorum ac donariorum genere ad eximiam ſpeciem ornata apud omnes in uſu fuiſſe.* Interim conferatur JAC. PHIL. TOMASINI liber ſingularis de donariis.

Proſeuchæ, niſi arboribus conſitæ. Hactenus SCALIGER ad præſentem HECATÆI locum in notis ad veterum fragmenta p.25. quem HECATÆI locum itidem laudat AUGUSTIN. CALMETUS in notis ad Deuter. XVI. 21. atque illuſtrat JO. SPENCERUS lib. II. cap. 16. ſect. 1. p. 588. fecerit vero idem SPENCERUS hac in re operæ pretium nec ne, videbimus. Præcipuus locus, quem tractat SPENCERUS quemque huc inprimis pertinere dixerat SCALIGER, occurrit Deuter. XVI, 21. *Non plantabis tibi lucum* (אשרה) *aut ullam arborem apud altare Jehovæ Dei tui, quod feceris tibi.* Eandem quoque interpretationem admittit Exodi XXXIV. 13. *quia altaria eorum* (Cananæorum) *diruetis & ſtatuas illorum confringetis* ואת אשריו תכרתון *& lucos illorum ſuccidetis.* Quanquam autem vox אשרה a Græcis interpretibus multoties per *ἄλσος lucum* exponatur, certum tamen eſt eandem ſignificationem non ſemper obſervari poſſe, maxime cum multorum locorum circumſtantiæ flagitent, ut ſubinde notet *ſimulacrum*, ſive *ſtatuam ficti alicujus numinis.* Vide JO. SELDENUM Syntagm. II. de Diis Syris c. 2. p. 236. SPENCERUM l. c. & qui hujus veſtigia recte premit, CAMPEG. VITRINGAM Tom. I. Comment. in Eſaiam p. 506. Quo magis miror SCALIGERUM cum in eo eſſet, ut HECATÆO noſtro lucem vellet affundere, huc trahere verba Judic. VI. 26. & 2. Chronic. XXXIII. 3. Quod enim ad priorem locum attinet de Gideone legimus: *deſtruxit altare*

Baal & ſuccidit האשרה *ſimulacrum, quod erat ſuper illud.* Ita עליו vertendum, quia & LXX. hic ἐπ' αὐτὸ id eſt *ſuper ipſum* altare transferunt, quod ſcilicet idololatræ ſimulacrum luci poſuiſſent ad morem illum, quo gentes in eorum ſimulacris diſponendis utebantur. * Cum vero SCALIGER cum aliis עליו *juxta illud* vertiſſet, in errorem illum incidit, perſuaſus non tam *ſimulacrum luci* quam *ipſum lucum* intelligi. Verba quoque 2. Chronic. XXXIII. 3. huc a SCALIGERO perperam transferuntur. *Et erexit* (Manaſſes) *altaria Baali & fecit* אשרה. Neque enim cum SCALIGERO per illam vocem lucum intelliges, ſed ſimulacrum quoddam, quia 2. Reg. XXI. 7. mox appellatur פסל האשרה *idolum ſculptile Aſchera* poſitum ab impio rege in ipſa Dei domo. Et vero quis non videt per אשרה *Aſchera* junctam *Baali* intelligi *Aſtarten Phœnicum* idolum, perinde ac per Baalem *Herculem Tyrium*? ** Sed redimus ad locum Deuteronomii & SPENCERI in hunc locum obſervationes. Nimirum SPENCERUS ſibi perſuaſit vocem אשרה non tantum arborum congeriem, ſed & arborem ſingularem denotare, præſertim ſi inſequens apud Moſen dictio כל עץ recte obſer-

* Conferri hanc in rem meretur LAURENTIUS BEGERUS Tomo I. theſauri Brandenb. p. 61.

** Plura dixi, hic non repetenda, in ſingulari *diſſertatione* de *Dea Cæleſti Carthaginenſium ſive Urania & Aſtarte in Nummis Severi & Caracallæ* ad plurium in Sacro codice locorum explanationem, propediem Deo propitio edenda.

obſervetur. *Mihi* inquit *voces illæ ἐξηγητικαῖς dictæ videntur & lex tota in hanc ſententiam interpretanda :* non plantabitis אשרה qua voce כל־עץ (lucum, arborem, luci ſculptile, ſimulacrum Aſtartes, columnam, columnam aut imaginem ligneam) vetitum intelligatis. *Vox* אשרה *proprie quidem & per ſe ſumta, lucum e quibusvis arboribus, (quercubus, cupresſis, ulmis, aliis) conſtantem denotat, adeo ut voces illæ* כל־עץ *otioſa plane forent, niſi ad ſenſum vocis* אשרה *paululum explicandum & ampliandum adderentur. Verbum ſequens* נטע *duo ſignificata habet, plantavit & infixit : & non de arboribus tantum, ſed rebus etiam omni vita carentibus in ſcriptura dicitur : ideoque hoc in loco non tantum ad arbores & lucos ſed ſigna vel ſimulacra lignea altaribus affigi ſolita denotandum uſurpari poterat. Judæi denique veteres hanc legem non de luco tantum, ſed & ſimulacro ligneo vel arbore quavis in altaris confinio plantata, intelligendam cenſuerunt. Hac de re nemo dubitare poteſt, qui credere velit* HECATÆO, *hæc de Judæorum templo & altari referenti :* ἄγαλμα οὐκ ἔςιν αὐτοῖς, οὐδὲ ἀνάθημα τὸ παράπαν, οὐδὲ φύτευμα οὐδὲν, οἷον ἀλσῶδες, ἤτι τοιοῦτον, ſimulacrum, aut aliquod ſignum ibi nequaquam eſt, nec ulla plantatio, veluti lucus, aut aliquid hujusmodi. Hactenus SPENCERUS, jam vero nolumus omnia, quæ dixit, ſigillatim excutere, cum id fecerit GODOFREDUS von PEHNEN in Diatriba Philologica de arbore non plantanda

 ad

ad altare Dei §. 9. ſeq. nolumus diſquirere an in HECATÆO vox *ἀναθήμα ſignum* aliquod ſignificet *ligneum* altaribus affigi ſolitum, noluimus repetere quæ de *lucis veterum* ejusque cauſis obſervarunt eruditi homines * ſed quia HECATÆUS dicit *οἷον ἀλσῶδες ἤτι τοιοῦτον*, de *hortis ſacris*, quos a lucis HECATÆO præeunte ſecernere fas fuerit, quædam non aliena prorſus a præſenti inſtituto addemus. *Lucos & hortos confundere* mihi videtur GEORG. WOLFG. WEDELIUS, cum enim in Centuria II. Exercitationum Medico-Philologicar. Dec. II. exercit. V. de lignis Thyinis Apocalypſeos XVIII. 12. generatim diſſeruiſſet, ſequentia addit verba: *fallor*

* Vide LUCANUM lib. III. v. 399. JO. CLERICUM in notis ad Deuteron. VII. 5. DIONYSIUM VOSSIUM in notis ad *Maimonidem* p. 112. ANDR. CHRIST. ESCHENBACH in diſſertatione de conſecratis Gentilium lucis, quæ inter ejus diſſertationes Academicas locum tertium obtinet, JO. MARIAM LANCISIUM in Conſilio ſuo de ſilva Ciſternæ & Serminetæ non niſi per partes excidenda, quod exſtat inter ejus opera, JO. HENR. HOTTINGERUM in notis ad *Goodwinum* p. 405. JO. HENR. URSINUM in Aboreto Biblico c. 47. DANIELEM KANSDORFIUM, Celeberrimum quondam Gymnaſii noſtri Carolini Profeſſorem, in diſſertatione de Sacris Nocturnis veterum cap. I. §. 3. JO. MICH. DILHERRUM Tom. I. diſput. Academicar. p. 128. JO. DOUGTÆUM P. I. Analector. Sacr. p. 24. pluresque alios, quos laudavimus Tomo I. Bibliothecæ noſtræ Antiquariæ & Exegeticæ p. 200. 380. ſeq. 555.

fallor ? an ipſa veterum ethnicorum ἄλση, quorum non raro in ſacris literis ſit mentio, luci Latinis dicti & prope ſacella idololatrica ſtudio confecti, per συνδένδρωσιν harum arborum thyinarum largiorem, ſtatui poſſunt. Ita enim ad ſuffitus, ad ſacrificia, ad lucem illam flammantium accenſorum, ad gratiam, ad manus fuere tanquam ligna divina, ut perennante virore quaſi immortalis numinis quoddam ſymbolum exhiberent. Fac enim, vocem ἄλσος latam habere notionem * quia tamen HECATÆUS addit *aliud quid*; innuit, præter lucos etiam hortos. Operæ pretium fuerit audire VITRINGAM Tom.

* Ex *lucis ligna cædere* piaculum habebatur, qua de re vide CALLIMACHI hymnum in Cererem. Hinc *luci* ἄλση dicti ſunt a Græcis ἀπὸ τοῦ ἄλδειν, hoc eſt *creſcere*, quod arboribus illic ſine ſecuris metu creſcere liceret. Vide JO. CLERICUM l. c. Ἄλση autem Paganis ſunt ipſa templa. Appello hic STRABONEM, cujus lib. IX. Geographiæ hæc verba ſunt: *Poëtæ propter conſitarum arborum juxta templa perpetuam conſuetudinem*, ἄλση καλοῦσι τὰ ἱερὰ πάντα *omnia templa lucos appellant, etiam arboribus carentia.* AELIANUS Hiſt. animal. lib. XI. c. II. ἔστι δὲ ἀνετὸν τῷ Θεῷ ἄλσος, καὶ ἔχει περίβολον καὶ δένδρα ἱερὰ, & c. 3. eodem libro: ἐν Αἴτνῃ δὲ ἄρα Σικελικῇ Ηφαίστου τιμᾶται νεὼς, καὶ ἔχει περίβολον καὶ δένδρα ἱερὰ, paulo poſt ἄλσος vocat. Confer SALMASIUM in notis ad conſecr. temp. in Ag. Her. p. 104.

Tom. I. Comment. in Eſaiam p. 58. *per* אילים *hic* (Eſaiæ I. 28.) *vere intelliguntur* luci *ſive* nemora ſacra, *quæ conſtabant* arboribus proceris, denſis, frondoſis, vertice cœlum ferientibus, *quarum grata erat* umbra *iisque* ordine diſpoſitis; *cujusmodi lucos idololatriæ antiqui temporis inſerviiſſe, & religioſe cultos eſſe,* aris ſimulacris & fanis *quoque inſtructos, nema nunc ignorat, cum hiſtoria ſacra & prophetæ,* Deut. XVI. 21. 1. Regum XIV. 23. Ezech. VI. 13. *id abunde teſtentur, & hoc argumentum nuper præter alios a* JO. SPENCERO *lib.* II. c. 16. *illuſtratum ſit. Per* גנות *vero ſive* hortos (κήπους) *quid intelligas? an iidem qui luci? ſic fateor, ſtatueram in prima meditatione horum verborum, nec poteſt eſſe magna differentia. Forte tamen ſpecies alia eſt, idem genus idololatriæ.* Hortus *conſtat arboribus frugiferis, plantis, floribus,* lucus *ſic vere dictus, frondoſis, etiamſi non ignorem lucos id cum hortis commune habuiſſe, quod manu conſiti fuerint, atque adeo a ſilvis diſtincti. Diſtinctio tamen, ut dixi inter hortum & lucum major eſt, quam ut inter ſe confundi queant.* Pergit idem Tom. II. Comm. p. 893. *Ritus ſacrificandi* in hortis *(vide Eſaiæ* LXV. 3.*) ignotus eſt ſacris & profanis, niſi huc* Adonidis hortos *revoces.* * *Cenſent itaque communiter interpretes*

per

---

* Scholiaſtes THEOCRITI ad verſum 112. Idyllii XV. εἰώθασιν ἐν Ἀδωνίοις πυροὺς καὶ κριθὰς σπείρειν ἔν τισι προαστείοις, καὶ τοὺς φυτευθέντας κήπους

per hortos *hic intelligi* lucos *in ſacris & exoticis clari certique nominis, ſuperſtitioni antiquæ ſacros, lege vetitos Deut.* XVI. *coll. cum Exodi* XXXIV. 13. *ſed jam monui in commentatione loci cap.* I. 29. *videri ſuperſtitionis genus diverſum, cum* luci *ex quercuum magnarumque arborum roboribus conſiti, denſi, opaci, vere differant ab* hortis *ad majorem voluptatem amœnitatemque inſtructis. Hic clare video per* hortos *intelligi nemoris quoddam amœnioris genus, irriguum* aquis & fontibus *religioni & luſtrationi ſacrum, cujusmodi* fontes & aquas *non putem* lucis *omnibus adfuiſſe. Supponit id Eſaias diſerte in loco cap.* I. 29. 30. *& in ſequenti, huic parallelo, cap.* LXVI.

Αδωνίους προσαγορεύειν, *conſueverunt in Adoniis frumenta & bordea ſerere in quibusdam ſuburbiis, & conſitos hortos Adonios nuncupare.* Confer PETRUM CASTELLANUM in Εορτολογίῳ ſive Syntagmate de feſtis Græcorum. JO. FASOLDUM in veterum Græcorum *ἱερολογίᾳ* Dec. I. feſto 4. Αδώνια, JO. MEURSIUM lib. I. Græciæ Feriatæ, ſive de feſtis Græcorum, JO. POTTERUM Archæologiæ Græcæ lib. II. c. 20. p. 347. Tom. XII. theſauri antiquitat. Græcar. *Gronovii* P. D. HUETIUM demonſtr. Evang. Prop. IV. c. 3. §. 3 ſeq. Magnam autem veriſimilitudinem habet hæc interpretatio, quia *Adonis* idem eſt qui *Tammuz* Ezech. VIII. 14. Vide BRAUNIUM lib. IV. Selector. Sacrorum, pluresque alios ſcriptores a me laudatos Tom. I. Bibliothecæ Antiquariæ & Exegeticæ p. 139. & 1134.

LXVI. 17. qui ſe ſanctificant & purificant in hortis, *videlicet in* fontibus *aut* rivulis aquæ puræ, *qui* hortos *illos adſpergunt aut perfluunt*, *medio* ſacrificiorum *ibidem oblatorum*. Non refragratur ipſi antiquitati hæc VITRINGÆ obſervatio: nam cum *luci*, religioni ſacri, non e frugiferis, ſed arboribus pulchris & in altum ſurgentibus plerumque componerentur * de *hortis ſacris* facile feceris conjecturam, modo HERODOTUM ** & THEOCRITUM *** conſulas, vel Daphnen illam

* אשרים videntur dicti *luci*, quod conſtarent arboribus aut in quincuncem plantatis, aut recto trunco ſurgentibus, nam אשר ad *rectam lineam dirigi* aut *erigi* ſignificat, imo fortaſſe utrumque, quamvis aliter cenſeat MARCUS MEIBOMIUS, initio tertii ſpeciminis explicationum ſuarum, quem tamen adiiſſe non pœnitebit, judicio JO. CLERICI in notis ad Deuter. VII. 5.

** In Aegypto & *procerarum arborum* uſus fuit, & tamen quædam iis *frugiferæ* circa templa. Fidem fecerit HERODOTUS in Euterpe. De priori ſic loquitur: ἔϛι δ' ἔσωθεν ἄλσος δενδρέων μεγίϛων πεφυτευμένων περὶ νηὸν μέγαν· ἐν δέ τῷ δὴ τὤγαλμα ἔνι, *interius autem lucus eſt ingens maximarum arborum, plantatarum circa templum.* Ac paulo poſt οὐρανομήκεα δένδρεα arbores *aërias, cœloque caput inferentes* vocat plantatas ad viam, qua Mercurii templum aditur. At de altero colligimus ex eo, quod eodem libro dicat δένδρεα καὶ καρποφόρα καὶ ἄφορα πολλὰ, *arbores tum frugiferas, tum infrugiferas multas.*

*** In Epigrammate apud SALMASIUM l. c.

illam prope Antiochiam * tibi velis ob oculos ponere. Quid multa? ARISTIDES Tom. I. ſerm. ſacr. p. 540. de templo Aeſculapii apud Pergamenos locutus, præter lucum contiguum, veſtibula, porticus & alia in ejus ambitu conſecrata, conceptis verbis *horti* prope illud templum meminit.

Διατρίβουσι δ' ἐν αὐτῷ καὶ τὰς νύκτας, καὶ τὰς ἡμέρας ἱερεῖς.] Fuit tempus, cum cogitavi de *templi cuſtodia nocturna* ** ſed ipſa verborum HECA-

L 5 TÆI

Ἕρκος δ' ἐν ἱερὸν περιδέδρομεν· ἀέναον δὲ
ῥεῖθρον ἀπὸ σπιλάδων πάντοθε τηλεθάει
Δάφναις καὶ μύρτοισι καὶ εὐώδει κυπαρίσσῳ.

* Magis *horti* quam *luci* ſpeciem habuit, ideo *ambitioſum Antiochiæ ſuburbium* AMMIANUS dixit lib. XIX. extremo. Audiamus etiam SOZOMENUM lib. V. c. 19. Δάφνη τὸ ἐπίσημον τῆς Αντιοχείας προάστειον - - ἡδύς τε καὶ λίαν ἐπέραστός ἐστιν, Daphne *inſigne Antiochiæ ſuburbium - - amœnus & jucundus locus*, addit, *ob aquarum copiam & temperiem cœli, auraſque molliter ſpirantes. Lauretum* ergo illud nemus fuit, arboribus aliis permixtum, maxime *cupreſſis*, quæ poſtea ita multitudine accreverunt, ut omne pene nemus occuparent. Plura Deo propitio dicemus in *Hiſtoria & Antiquitatibus Daphnes Antiochenæ* ex veterum monumentis & nummis illuſtrandis.

** Excubias nocturnas ſacerdotum & Levitarum cum locis ubi eas egerint in templo exponit MAIMONIDES de domo electa ſeu ædificio templi c. 8. §. 2. 5. 8. 9. Confer Codicem Miſchnicum Middoth c. 1. §. 1, 2. p. 323. ſeq. edit. SURENHUSII.

TÆI ſeries me adducit, ut *ſacra nocturna* multo rectius ab HECATÆO reſpici credam. *

Ἁγνείας τινὰς ἁγνεύοντες.] Innuitur *caſtimonia*, qua ſe *præparabant ad ſacra*, ſive gentes, ſive ipſos reſpicias *Hebræos*, eorumque *ſacerdotes*. Inde AELIANUS Var. Hiſt. II. 31. *ἁγνεύειν ὁσίως καὶ θύειν καθαρῶς* conjungit. Sed & ita ARRIANUS in *Epictet*. III. 21. ad ſacra accedere monet *προηγνευκότα*, *qui prius caſtimonia eſt uſus*. Hinc jam de olim ſolenni & religioſa præparatione ad rem divinam hæc dictio adhibetur. Actor XXI. 24. *ἁγνίσθητι σὺν αὐτοῖς*. Illæ autem *ἁγνεῖαι* variis & religioſis peragebantur ritibus, per *lotiones* non ſtatim a paganis repetendas ** maxime tamen conſiſtebant in *abſtinentia a Ve-*

* RELANDUS hæc obſervat ad JOSEPHI lib. VI. de bello Judaico cap. 4. p. 389. Tom. II. Oper. *Joſephi: quando ſacerdotes quotidie ingrediebantur in atrium magnum, nox erat: ideo leguntur facibus accenſis atrium luſtraſſe in Talmude* codice Tamid. *Cum vero dies feſti majores*, (uti hic apud JOSEPHUM Pentecoſtes dies) *credibile eſt, maturius ſacerdotes atrium ingreſſos. Sic notant Talmudici, a media nocte cœpiſſe myſterium diei expiationis: & ipſe* JOSEPHUS *alibi notat, quosdam noctu ante diem feſtum ingreſſos atrium id oſſibus mortuorum conſperſiſſe, ut ægre facerent Judæis.*

** Banus ille, cujus ζηλωτὴς JOSEPHUS initio vitæ ſuæ ψυχρῷ ὕδατι τὴν ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα πολλάκις λȣεσθαι πρὸς ἁγνείαν, *purificationis cauſa frequenter interdiu & noctu ſe frigida abluere ſolebat.*

a Venere, uti pluribus docui in Commentario Hiſtorico & Philologico ad JULIANI Imperatoris

Confer MARSHAMUM in Can. Chron. ſec. IX. p. 218. Hinc & ſacerdotes Hebræorum antequam ſacra facerent, *manus & pedes abluebant*, ex lege, quæ habetur Exodi XXX. 19. Pedes adduntur manibus, quia nudis pedibus ſacra faciebant ſacerdotes, ac proinde ſine tibialibus erant, pulveremque facile incedendo contrahebant. *Nudis pedibus ſacra feciſſe Hebræos* hinc colligere eſt, quod in veſtium deſcriptione nulla *calceorum* occurrat mentio, & Rabbini hanc in rem conſentiunt. Vide HUMFR. PRIDEAUX dans l'Hiſtoire des Juifs Tom. I. p. 257. JO. CLERICUM in notis ad Exodi XXX. 18. & ANTON. BYNÆUM de calc. Hebr. lib. II. c. 2. & 3. Quæ res uti ipſis exprobrabat impuritatem propter quam lotione indigebant, ita inſimul docebat, non niſi a bene purgatis luſtratisque ſancta Domini tractanda eſſe. Conſimili ritu pleraſque gentes ſacrorum ſuorum miniſtros luſtraſſe, res eſt notisſima. Non tamen exinde conſequitur Deum has illuſtrationes inſtituiſſe, ad imitationem rituum apud priſcos Paganos receptorum. Quænam in eo ſapientia aut laus eſt, quod Deum ubique fere ab idololatris religionis ſuæ caſtus ac decora mutuari arbitremur? Natura ipſa dictat, res divinas munde & a mundis tractandas eſſe. Et, ſi quæ ſymbola ei munditiei figurandæ adhibenda ſunt, multane collectione opus eſt, ut quis diſcat lotionis ſymbolum convenientisſimum eſſe? Id cum antiquis Patriarchis uſurpatum ſua jusſione commentaverit Deus, facile receptum ab Iſraëlitis eſt: neque mirum profecto ſi & ceteræ gentes ſpontanea animi inclinatione eodem delatæ ſint. Ita de origine lotionum in ſacris veterum Hebræorum ex vero judicat HERM. WITSIUS Tom. I. Miſcellan. Sacr. lib. II. diſſert.

toris Epiſtolam ad Arſacium Galatiæ Pontificem p. 80. ſeq. Ceterum hæc & præcedentia verba HECATÆI multum lucis affundunt verbis Pſalmi CXXXIV. 1. 2. Confer Tomum noſtrum II. der Erörterung der dunckelſten Schrifftſtellen des Alt. Teſtam. p. 646. ſeq.

Οἶνον ȣ̓ πίνοντες ἐν τῷ ἱερῷ.] Levit. X. 9. Ezech. XLIV. 20. JOSEPHUS V. ἁλωσ. ἐπὶ δὲ τὸ θυσιαςήριον καὶ τὸν ναὸν ἀνέβαινον οἱ τῶν ἱερέων ἄμωμοι, βύσσον μεν ἀμπεχόμενοι, μάλιςα δ᾽ ἀπὸ ἀκράτȣ νήφοντες δέει τῆς θρησκείας, ὡς μήτι παραβαῖεν ἐν τῇ λειτȣργίᾳ· & III. ἀρχαιολογ. εἰσὶ καθαροὶ καὶ νηφάλιοι, πίνειν οἶνον ἕως τȣ̃ τὴν ςολὴν ἔχωσι κεκωλυμένοι. Hæc SCALIGER ad præſentem HECATÆI locum illuſtrandum affert in notis ad veterum fragmenta p. 26. cum vero eundem HECATÆI locum quantivis pretii faciant JO. SPENCERUS lib. I. cap. 7. ſect. 4. p. 232. & lib. III. diſſert. 3. de purificationib. & luſtrationib. Hebræor. cap. V. ſect. 1. p. 1033. EZECHIEL SPANHEMIUS in Chronologicis Joſephi & CALMETUS in notis ad Levit. X. 9. his

2. de ſacerdotio Aaronis & Chriſti §. 47. p. 482. Conferatur JO. HENR. MAJI ſingularis diſſertatio de luſtrationibus & purificationibus veterum Hebræor. JO. SPENCERO oppoſita, ut ne repetam, quæ contra SPENCERUM quoque obſervavi in *diſſertatione de Scholis Publicis antiquorum Judæorum* prope a lacuum, amnium & fluviorum crepidinibus, ripis & littoribus exſtructis cap. II. §. 5.

his ipſis ſcriptoribus ſuffragetur etiam RELANDUS in Antiquitatib. S. veter. Hebræor. delineatis P. II. c. 4. §. 3. p. 168. hæc verba adjicit: *ſacerdotibus, quibus certus dies miniſterii obtigerat,* אנשי ביתאב *interdictus erat vini uſus & die & nocte, quia etiam noctu in altari adeps & renes cremebantur,* Tamid. II. 7. *Quam conſtitutionem eo usque nonnulli extendunt, ut putent, ſi quis Judaeorum ſciat, e qua familia ortum ducat, ei non licere illa hebdomade, qua novit, familiæ ſuæ vices eſſe in templo miniſtrandi, vinum interdiu bibere, ne, ſi Deus forte templum vellet reſtaurare, illum imparatum offenderet.* HECATÆUS *autem* ABDERITES *in Hiſtor. Jud. ſacerdotibus omnibus vini uſum in templo interdictum ſcribit.* Sed veniamus oportet ad legem divinam. שכר complectitur vinum racemis expreſſum, ut Numer. XXVIII. 7. & quemlibet potum אשר שכר אדם בו *quo homo inebriatur.* Hinc quandoque a LXX. vertitur σίκερα, cujus *etymon* viris doctis crucem fixit. In eo conveniunt omnes, ea voce denotari potum fortem, inebriantem, etſi quale potionis genus fuerit, inter ſe diſceptent. Cum Celeberrimus THEODOR. HASÆUS in ſing. diſſertatione ad Eſaiæ VIII. 20. §. 11. p. 45. Tom. XIII. de l'Hiſtoire Critique de la Republique des lettres tant ancienne que moderne, notaſſet *in Palæſtina vina plerumque rubri ac ſubnigri coloris* fuiſſe, eaque omnium maxime *generoſa habita,* addit: *nos hinc concludimus vina nigra id eſt generoſa non*

aqua

Zytho * HERODOTUS lib. II. c. 76. *οἴνῳ δὲ ἐκ κριθέων πεποιημένῳ διαχρέωνται, vino utuntur ex hordeo facto.* Hujus etiam inventionem Oſiridi tribuebant. DIODORUS lib. I. Bibliothecæ p. 17. de Oſiride: *εἰ δέ τις χώρα τὸ φυτὸν τῆς ἀμπέλε μὴ προσδέχοιτο, διδάξαι (φασὶ) τὸ ἐκ τῆς κριθῆς παρασκευαζόμενον πόμα, λειπόμενον ȣ πολὺ τῆς περὶ τὸν οἶνον εὐωδίας τε καὶ δυνάμεως, quod ſi qua terra plantam vitis non admitteret, docuiſſe ajunt potum ex hordeo confectum, vino fragrantia & efficacitate haud multo inferiorem.* Vinum etiam ex dactylis olim in Oriente faciebant, hodieque etiam factitant, cujus præparationem deſcribit DIOSCORIDES lib. V. c. 40. Hinc HIERONYMUS in Epiſtola ad Nepotianum etiam ſicera appellari putat, cum *palmarum fructus* exprimuntur in liquorem. CHRYSOSTOMUS ad V. Cap. Eſaiæ: *Σίκερα δὲ ἐν ταῦθα φησὶ τῶν φοινίκων τὸν ὀπὸν* &c. Et de ſicera loquens de *vino* hoc *palmeo* magis erat neceſſarium quam de ſaccharo addere hanc dulcem eſſe. Eadem enim phraſi utitur ATHENÆUS lib. XIV. c. 22. *ἦν δὲ παρὰ πότον ἡδὺ, erat autem* (vi-

V. de præſtantia & uſu numiſm. p. 247. de *Mendeſio* apud eosdem JO. HENR. MAIUS in emendationibus in librum III. Epiſtolarum ALCIPHRONIS, quæ exſtant Tom. XI. de l'Hiſtoire Critique de la Republique des lettres tant ancienne que moderne p. 147.

* Confer JO. HENR. MEIBOMII Commentarium de cereviſiis veterum.

(vinum id palmeum ſicera) *potu dulce*, quæ hauſit ex XENOPHONTIS lib. II. Ἀναβασ. Nec aliud vinum intelligo, quod Actor. II. 13. γλεῦκος appellatur, ubi Apoſtolus hoc dulci vino repletos eſſe criminabantur Judæi. Nam γλεῦκος per muſtum non bene transferri BEZA & PRICÆUS jam viderunt, maluntque per id ſimpliciter vinum dulce intelligere. Conferatur JO. ANTONIDÆ van der LINDEN Exercitatio ad Actor. II. 13. de vini plenis p. 1930. Tom. VII. Criticor. Anglor. ego vero γλεῦκος de hoc vino palmeo (οἴνῳ σπαθίτῃ ALEXANDRI TRALLIANI l. III. p. 52.) quo totus oriens utebatur teſte PLINIO XIV. 16. accipio: nam & hoc dulce a XENOPHONTE dictum audivimus, & idem addit eſſe capiti noxium κεφαλαλγές. Ita & PLINIUS de palmis loquens XIII. 4. *Caryotæ maxime celebrantur, & cibo quidem ſed & ſucco uberrimæ. Ex quibus præcipua vina Orienti, iniqua capiti, unde pomo nomen.* Cumque adeo hic potus cerebrum turbet, ſpecioſior eſt hæc Judæorum calumnia, Apoſtolos ex tali vino ebrios tam miranda effutire. Erant utique in Palæſtina palmæ præſtantiſſimæ (de quibus accuratiſſime agit EZECH. SPANHEMIUS diſſert. VI. de uſu numiſm.) & tanta quidem copia, vt vix Poëtæ mentionem faciant ejus regionis, quin & palmarum meminerint. STATIUS Syl. lib. V.

An Solymum cinerem, palmetaque capta ſubibis
Non ſibi felices ſilvas ponentis Idumes?

VIR-

VIRGILIUS lib. III. Georg. *primus Idumæos referam tibi, Mantua, palmas.* LUCANUS lib. III. *arbuſto palmarum dives Idume.* Unde & in nummis veterum Hebræorum palmam cernere eſt. Interdictum autem Dei eo magis neceſſarium fuit, quo ebrioſiores erant Aegyptii (vide inſignem ATHENÆI locum apud JO. CLERICUM in notis ad Levitici X. 9.) inter quos tam diu Hebræi vixerant, & quorum mores nimium imitabantur. Et hæc quidem de voce Sicera. *

Ὅτι καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ συνεστρατεύκεσαν καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς διαδόχοις αὐτοῦ.] Cum ERASMUS in *Lucan.* ſcripſiſſet: *bellaſſe Judæos legimus, ſtipendiis meruiſſe ſub aliis ducibus*

* Vide interim & confer HERM. WITSIUM Tom. II. Miſcellan. Sacr. exercit. XV. §. 43. p. 515. SCULTETUM Exercit. Evang. lib. I. cap. 16. JO. ERN. BUTNERUM in inquiſitione in hiſtoriam Joannis c. 3. §. 1. STUCKIUM lib. III. antiquit. convival. c. 9. p. 520. EZECH. SPANHEMIUM l. c. JO. HENR. MEIBOMIUM in Comment. de cereviſiis veterum c. 3. §. 10. VOSSIUM in lex. etym. SAUBERTUM de ſacrificiis c. 25. p. 674. ÆGIDIUM MENAGIUM dans le Dictionaire Etymologique ou Origines de la langue Françoiſe in voce Cidre p. 198. MARTIN. PETRUM CHEITOMÆUM in Græco-Barbaris N. T. MELCH. LEYDECKERUM lib. XII. de republ. Hebr. c. 7. p. 677. JO. LUNDIUM in den alten Jüdiſchen Heiligthümern lib. III. c. 39. p. 596. JAC. GUSSETIUM in Commentariis L. H. p. 857.

bus non legimus, ERASMUM vel hujus HECATÆI noſtri teſtimonio confutat JO. BRODÆUS Miſcellaneor. lib. II. c. 31. Confer AUGUSTINUM CALMETUM in ſingulari diſſertatione de re militari veterum Hebræorum.

Περὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν.] Exſtat de hoc mari ſingularis diſſertatio ADRIANI RELANDI, cui adde JO. CLERICI diſſertationem de Maris Idumæi trajectione.

Ὄνομα Μοσόλλαμος.] Hanc integram hiſtoriam ex HECATÆO noſtro præter JAC. USSERIUM in Annalib. Vet. Teſtam. p. 246. excerpit PRIDEAUX dans l'Hiſtoire des Juifs Tom. II. p. 523. tandemque ſubjungit hæc verba: *voilà l'hiſtoriette d'Hecatée. Il eſt viſible, qu'il la raportoit pour ſe moquer de la ſuperſtition des Payens de ſon tems pour les augures, & pour louër la Sageſſe des Juifs que ne donnoient pas dans ces ſortes d'extravagances.* Ceterum quando addit HECATÆUS Moſollamum τινῶν καταρωμένων αὐτῷ *quibusdam diras imprecantibus*, augurii tamen vanitatem objeciſſe, quædam de *diris veterum* monenda erunt, quo magis Judæi Moſollami appareat conſtantia. Nimirum apud profanas gentes percrebuit opinio dirarum imprecationum, etiamſi a privato aliquo homine congeſtæ fuerint, illam vim eſſe, ut infauſta quæque in caput ejus reciderent, qui iſtis impugnaretur. Defigi diris deteſtationibus, nemo non metuit, inquit PLINIUS alicubi, & alibi Nat. Hiſt. *VIII.*

VIII. 7. de Romano Populo adverſus Pompejum commoto: *ut diras Pompejo, quas ille mox luit, imprecaretur.* HORATIUS Epodon 5. in Canidiam veneficam: *diras agam vos, dira deteſtatio nulla expiatur victima.* Quod ad Judæos attinet, ut nihil dicam de Balac Moabitarum Rege, qui Numer. XXII. 6. Balaamum Prophetam accivit, ut Iſraëlitas diris configeret, inter eos Joſua, vide Joſuæ VI. 29. dicitur execrationes in illos contuliſſe, qui urbem Jerichò ab ipſo adæquatam ſolo iterum conderent, ſicut Agamemnon Trojam, Crœſus Sidenam, Romani Carthaginem, Byrſam & Megara inſtaurari vetuerunt. Quas Joſuæ diras Deus ratas habuit, ut apparet 1. Reg. XVI. 34. Confer de iſtiusmodi diris, earumque ex veterum opinione efficacia Nehemiæ X. 29. Eſræ VI. 12. & quæ ex profanis ſcriptoribus hanc in rem obſervarunt HUMFREDUS HODY in diſſertatione contra *Ariſteæ* hiſtoriam c. XVI. p. 244. ſeq. JO. CLERICUS in notis ad Numer. XXII. 6. JO. DOUGTÆUS Analector. Sacror. P. I. excurſu 66.

Τοξότης ὑπὸ δὴ πάντων ὁμολογούμενος, καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων ἄριστος]. Sacræ literæ *arcus nomine* omnia belli inſtrumenta complectuntur, eumque Babyloniis, Medis, Scythis, Aethiopibus, Lydisque tribuunt, tanquam populis arcum ſcite tractantibus. Videantur, quæ hanc in rem copioſius paulo obſervavimus *in Hiſtoria & antiquitatibus urbis quondam in Ægypto celeberrima* נא אמון ſive המון נא id eſt *Thebarum*

ſive Διοσπόλεως c. 3. §. 1. p. 20. Magna itaque & præcipua laus eſt hujus Moſollami.

Μαντεῶς τινος ὀρνιθευομένου.] Eſaiæ XLVII. 12. 13. דוברי השמים HIERONYMO ſunt *augures cæli*, de qua verſione vide NICOL. FULLERUM Miſcellaneor. Sacror. l. I. c. 16. ubi etiam ſatis manifeſta & propinqua *cognatio inter Aſtrologos & Augures* verboſe exponitur. Verba Levitici XIX. 26 לא תנחשו LXX. interpretes reddunt *οὐκ οἰωνιεῖσθε*, alii paulo diſtinctius ad *ὀρνιθομαντείαν* trahunt. Quid de utraque verſione judicandum ſit, pluribus diſquirit JO. SPENCERUS l. II. c. 11. ſect. 3. p. 498. & DIONYSIUS VOSSIUS ad MAIMONIDEM p. 75. 146. In eodem Levitici loco ſtatim additur: לא תעוננו ſecundum LXX. *ὀρνιθοσκοπήσεσθε*. Judæi Eſaiæ LVII. dicuntur בני עוננה v. 3. Conſtat quidem hanc eſſe divinationis ſpeciem, ſed quæ ſit non ſatis liquet. Vide JO. CLERICUM ad hunc locum Levitici, FULLERUM l. c. JAC. GUSSETIUM in Commentariis L. H. p. 599. JO. COCHUM in notis ad Sanhedrin, DIONYSIUM VOSSIUM & SPENCERUM locis citatis. Ceterum Orientales ſemper ſummopere dediti fuere cum incantationibus, tum etiam prædictionibus, futurique cognoſcendi ſumma cupiditate flagrarunt, & præcognoſci poſſe exiſtimarunt. Nihil aggredi audebant, niſi prius conſultis hariolis. Vide JO. SELDENUM de Diis Syris Synt. I. c. 2. & THOM. STANLEJUM in Philoſ. Orient. lib. I.

ſect.

ſect. 2. c. 22. ideoque ſæpius Moſes his artibus uti vetuit.

Τὴν μετὰ σπουδῆς ὑπ' αὐτοῦ πόλιν κτιζομένην.] Intelligitur *Alexandria Aegypti*, ab Alexandro condita accepto etiam ab eodem nomine. Hanc vero urbem, ut Tyriorum & Carthaginenſium commerciorum jacturam indies majorem faceret, ab Alexandro exſtructam fuiſſe pluribus oſtendit P. D. HUETIUS dans l'Hiſtoire du commerce & de la navigation des anciens cap. 17. Neque a vero abludit, modo audiamus PRIDEAUX qui Tom. II. de l'Hiſtoire des Juifs p. 433. hunc in modum diſſerit: *ſon port, qui étoit de plus commodes, aiant la Mediterranée d'un côté, le Nil & la mer Rouge dans le Voiſinage, y attira le commerce du Levant & du Couchant; & la rendit en fort peu de tems une des Villes les plus floriſſantes du Monde. Mais le Commerce dans ces derniers Siécles, aiant pris un autre cours, depuis qu'on a trouvé le chemin des Indes par le Cap de Bonne Eſperance, cette ville autrefois ſi riche, & ſi puiſſante, n'eſt plus qu'un pauvre Village, que les Turcs appellent encore* Scanderia; *& n'a plus rien de remarquable que les ruines de ſa grandeur paſſée.* Voyez les Voyages de THEVENOT I. Partie. L. II. ch. 1. & 2. An vero Eſaias XXXIII. 21. celebritatem urbis Alexandriæ, quæ multis ſeculis poſt ab Alexandro M. ædificata eſt, & in qua multa millia Judæorum habitarunt * præ-

* Quanta fuerit Judæorum *Alexandriæ* multitudo, tum

prænunciarit, * diſquirere nolim in præſenti, recte tamen affirmavi ** magnorum virorum ſubnixus auctoritate *** non tam Alexandrinam hanc

---

ex Gemara utriusque Talmudis, Hieroſolymitani & Babylonici, tum ex PHILONE in Flaccum obſervat, atque inde hiſtoriam Matthæi II 13, de fuga Chriſti in Aegyptum illuſtrat JO. BENED. CARPZOVIUS, in animadverſionib. & notis ad *Schickardi* Jus Regium p. 196.

* Ita Eſaiæ XXXIII. 21. de Alexandria eo quo diximus ſenſu accipere videtur MARCUS MEIBOMIUS in libro de fabrica triremium p. 97. unde excerpta dedimus Tomo I. Bibliothecæ noſtræ Antiquariæ & Exegeticæ p. 408. adjecta ex LEONARDO AUGUSTINO inſuper gemma, quæ ſitum Alexandriæ, omniumque rerum, quibus affluebat, copiam ob oculos ponit.

** Hiſtoriam & Antiquitates Urbis quondam in Aegypto celeberrimæ נא אמון ſive המון נא id eſt Thebarum ſive Διοσπόλεως ad illuſtrationem Jeremiæ XLVI. 25. Ezech. XXX. 15. Nahumi III. 8. 9. 10. publicæ in Gymnaſio noſtro Carolino diſputationis loco edidi Anno CIↃ IↃ CCXXVII die 27. Martii. Vide autem cap. II. §. 4. ad quem locum hic inprimis digitum intendimus.

*** Præter auctores, quos jam laudavimus in Hiſtoria & Antiquitatibus illius, quam diximus, urbis c. II. §. 6. nobiſcum faciunt PETRUS ALLIXIUS in libro, cui titulus: reflexions ſur les cinq livres de Moyſe, pour etablir la verité de la religion Chretienne P. I. c. 19 p. 84. URBANUS CHEVREAU in Chevræanis P. II. p. 94. JAC. OUZELIUS in animadverſionibus in *Minucium Felicem* p. 119. JO. MARSHAMUS in Can. Chron. Sec. XVIII. p. 584-599. IS. JAQUELOTUS dans les diſſertations ſur

hanc*. quam Thebas ſive Dioſpolin deſignari, cujus

